BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
1 A
27

C. 51 e

Digitized by Google

Digitized by Google

DAVID CONTRITVS,

EX

SEPTEM PSALMIS POENITENTIALIBVS DESVMPTVS.

A

Rndo. P. THEODORO Munario Bononienſe, Ord. Minor. Conu. S. FRANCISCI, Sac: Theolog: Baccal. & in Stud: Cracouien. Artium Magiſtro.

Ad Sacram Regiam Maieſtatem VLADISLAI IV. Poloniæ & Sueciæ Regis, &c. DIRECTVS.

Superiorum permiſſu.

CRACOVIÆ.

In Officina Chriſtophori Schedelij S. R. M. Typogr. Anno Domini, M. DC. XXXXI.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Cornelio Franceschi



Sub hac, ſemper optaui.

Sacræ Regiæ Maieſtati,

VLADISLAI IV.

POLONIÆ REGIS

INCLYTI:

Lituaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſouiæ, Liuoniæ, Samogitiæ, Seueriæ, Czernichouiæ, &c.

MAGNI DVCIS.

NEC NON

Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Hæreditarij REGIS.

Domini mei, ac Patroni Colendiſsimi.

NE mireris Magnanime REX, ſi Cōtritum Regem Da-

 uidem

uidem, Tuo glorioſiſsimo inſignitũ Nomine, luci cõmiſerim; Tua etenim in omnibus integritas meæ erga S. R. M. Tuã adnixa reuerentiæ, tale depoſcebat argumentum: Luci committitur equidẽ, ſed ab emicantibus virtutum Tuarum fulgoribus, magis ac ab his impreſ-

impreſsionibus ſuã lucem expectat; S. R. M. Tuæ, hæ Sacræ Regiæ dicantur preces, ſi iſtis enim contra Diuinum furorẽ decertabat Dauid, Tu etiam ad huius Regis inſtar precibus, armiſq; aduerſus Fidei Catholicæ Barbaricũ furorem, & impetum pugnans ſemper in Ca-

)(3 tholi-

tholica te exerces ſedulitate; At Tuarum virtutum Encomia recolere meæ linguę nõ eſt, frigeſcit præ ſtupore eloquẽtia, obcæcantur tanto præ nitore lumina, tota deniq; verborum vis ſub Tuarũ laudum pondere congemiſcit; Inſignia Tui magni animi exempla, potius

potiùs ſunt corde, ac ſilẽtio admirãda, quàm deſcribenda. Itaq́ue Tuarũ ego admirator virtutum munuſculũ hoc (etſi meritis Tuis impar) S. Tuæ R. M. do, dono, & dico. Hilari quæſo vultu, hoc deuoti mei erga Regiã magnitudinem Tuam animi, ſuſcipe ſignum, meq;

meq́; in ſeruorum Tu-
orũ catalogo adſcribe-
re, rogo ne dedigneris.
Dat: Crac. ex ædibus
S. FRANCISCI, die
13. Menſis Febr. Feria
quarta Cinerum. Anno Dñi. 1641.

Sac: Tuæ Regiæ Maieſt.

Humillimus ſeruus

Fr. Theodorus Munarius Bonon.
Franciſ: Conuentualis.

Digitized by Google

DAVID CONTRITVS

Ex Septē Pſalmis Pœnitentialibus breuiter DESVMPTVS.

CVm iam ille Rex ſereniſsimus, atq́; Propheta præſtātiſsimus DAVID, ob ipſius grauia peccata, magnas in ærumnas incidiſſet (vt omnibus peccatoribus euenire

ſolet, *Omnium enim malorum cauſam eſſe peccatum affirmauit Chriſoſt. Homil. 5. de Pœnitentia)* ſummo correptus mœrore feſtinans ad veniam, qui feſtinauit ad culpam, Altiſsimũ exorare, totus contritus ſic inchoauit.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.

ANimam meam ne perdas mi Domine Deus in furore tuo; & ad iraſcendũ noli eſſe

li eſſe velox. Quia ira non habet miſericordiam; Punitionem, ſiue mortificationem aliquam non recuſo. Nam beatus ille, quem tu erudieris, & corripueris, ſed caſtigari leniter, atque ſuauiter corripi exopto. Iram enim tuam ſuſtinere me inhabilē eſſe cognoſco, & præ timore iræ tuæ poteſtatem dinumerare quis nouit? Vnde Nahum cap. 1. *Ante faciem indignationis tuæ quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris tui?* Sed tamen ego donec cauſam meam iudices, &

ſolet, *Omnium enim malorum cauſam eſſe peccatum affirmauit Chriſoſt. Homil. 5. de Pœnitentia)* ſummo correptus mœrore feſtinans ad veniam, qui feſtinauit ad culpam, Altiſsimũ exorare, totus contritus ſic inchoauit.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neq́; in ira tua corripias me.

ANimam meam ne perdas mi Domine Deus in furore tuo; & ad iraſcendũ noli eſſe

li eſſe velox. Quia ira non habet miſericordiam; Punitionem, ſiue mortificationem aliquam non recuſo. Nam beatus ille, quem tu erudieris, & corripueris, ſed caſtigari leniter, atque ſuauiter corripi exopto. Iram enim tuam ſuſtinere me inhabilē eſſe cognoſco, & præ timore iræ tuæ poteſtatem dinumerare quis nouit? Vnde Nahum cap. 1. *Ante faciem indignationis tuæ quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris tui?* Sed tamen ego donec cauſam meam iudices, &

iudicium meum, facias iram tuam, & furorē tuum eo modo, quo potero portabo, quoniam peccaui tibi. Sæpiùs irā hanc (peccatores) percogitate, & hoc metu præteriti odio habete vitia, propter quæ Deus vobis iraſcitur, & inimicus veſter efficitur. Quare Iob cap. 19. clamat: *Iratus eſt contra me furor eius, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.* Et D. Chriſoſt. lib 3. de Prouid: *Dei. peccata ſeparare à nobis Deum, illumq; nobis inimicum conſtituere* fatetur.

Miſerere mei Domine quoniã infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

ITa animi ægritudine laboro, vt ab extremis corporis partibus vſq; ad verticem capitis fædo vlcere confectus ſim, ſed quæſo Domine miſericordiam mei habe, & à morbo iſto ſana me, fac vt vulnus hoc in nihilũ redigatur, quo-

niã omnia oſſa mea perterrita ſunt, fundamentum ſcilicet meum, ac animæ meæ robur. Vos pariter hoc animi torquemini dolore, nullus in conſpectu Dei eſt ſanus, à peccato videlicet purus, *non enim eſt homo, qui non peccet, ſed omnes peccauimus*, teſte Dan. cap. 9. *& iniquitatem fecimus*. Et cũ ſingulis horis vos rodat peccatorum conſciẽtia, Diuinę miſericordiæ imploratio nunquam à vobis eſt omittenda. Clamate ergo vnà cum pœnitente Propheta: Miſerere noſtri

ſtri Domine, quoniam ſumus infirmi, & in malum ab adoleſcentia noſtra proni.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo?

GRAVISSIMO ſimiliter premitur anima mea mœrore, ſed tu Domine quādo ei priſtinam ſanitatem reſtitues? quando exaudies me? Hæc ſunt peccatoris hominis verba, dolorem maximū perferentis, & vix ſcelerum ſuorū

molem ſuſtinentis, ſed huic, qui ob facinora ſua, magna iacet in mœſtitia, nõ ſtatim fert opem Deus. Tempore enim accepto (inquit Apoſtol. 2. Corinth.cap. 6. *adiuui & exaudiui vos*, eo conſilio, quod vos inueſtigare nequitis, ei autem cui ab hoſte maligno fiunt inſidiæ, ſtatim adeſt, te enim adhuc loquẽte, dicit: Ecce præſto ſum. Dauidis igitur anima, dolore propter ſcelera commiſſa conſumebatur, & hoc mirum non eſt ait Apoſt. ad Rom. 6. *Nam ſtipẽdia pec-*

cati mors. Et D. Baſil. Homil. 5. *Peccatum eſſe animę alioqui immortalis mortem, aſſeruit.*

Conuertere Domine, & eripe animam meã: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

MVtatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi? Sed quæſo Domine reſpice parũper in me, & gratiam quam mihi præbuiſti dum viuerem, nunc eandem concede, ac ſi in pecca-

peccatis mortuus non eſſem. Per Pœnitentiam enim ad te anima mea conuertitur, te etiam ad ipſam per multam miſerationem tuam conuerte, igneoq́; amore tuo à voluptatum illecebris eãdem reuoca, obſecro. Inſuper per miſericordiam tuam, non ob merita mea (cum peruerſus, & iniquus fuerim) me ab omni cruciatu, animamq́; meã de manu dæmonis eripe, te omni quâ poſſum reuerentiâ rogo. Animam; quam Dauid pro terrenis voluptatibus diabolo vendi-

vendiderat, modo in ſe reuerſus recuperare, atq; redimere cupit. *Vnuſquiſq; peccando animam ſuam diabolo vendit, accepto tanquam pretio dulcedine temporalis voluptatis. Ita Auguſt. in Expoſit. Epiſt. ad Rom.*

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

VOco mortem mortis tẽpus, quod quidem ad veram pœnitentiam agendam

non

non eſt idoneũ, eo enim tempore moriens non ſolùm pœnitentiæ, ſed ſuimet obliuiſcitur; vnde quomodo ego Dei, pœnitentiæq; memor ero, qui dum vitam agerem neutrius fui im̃emor? *Hac animaduerſione* dicit Auguſt. ſerm. 3. de Innoc. *rectè percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei.* Poſtquam enim diem extremum clauſerimus, in inferno, quo peccatores ferũtur ad pænam præcipites, quis confitebitur tibi? in inferno quis miſericor-

ſericordiæ locus? in tormentis, quæ ſpes veniæ? & in hora ſententiæ tempus indulgẽtiæ, quis requirit? Nullꝰ: In inferno non datur pœnitentiæ, nec redemptionis locus. Vnde Eccleſiaſt. cap. 14. hanc protulit ſententiam: *Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum.* Ac ſi dicat; Quemlibet pœnitere licet dum vitã ducit, poſt obitum verò factis præmia, peccatis ſupplicia debentur, & á Deo dantur. Et cum res ita ſe habeant (inquit D. Bern. in

ſerm.

ſerm. paruis) *Quid diſſimulatis homines in vita agere Pœnitentiam, & extrema de Confeſſione præſumitis? quomodo ſub vnius horę articulo reuocari poſſe æſtimatis omnia animæ mēbra, cuius concupiſcentiæ, & deſideria per totum mundum ſparſa ſunt? ſi benè memini in toto Canone ſcripturarum vnum latronem inuenietis ſic ſaluatum. Nolite ergo huic tam periculoſæ expectationi credere voſmetipſos. Et quidem ſpiritus non modo vbi vult, ſed quando vult ſpirat, nec ei difficile eſt de ſubitò*

perfe-

perfectam dare contritionẽ cordis, quam vix multo tempore alij conſequuntur. Sed vnde ſcitis, quod tunc vobis ita ſubuenire velit, quem vos interim ſic repellitis? Benignus eſt quidem Spiritus ſapientiæ, ſed non liberabit maledictum à labijs ſuis. Audite quis ille ſit maledictus, qui peccat in ſpe. Ex quo patet (fratres) nunc eſſe tempus ad Deum animum veſtrum traducendi. Quia in morte memores eſſe Dei non poteſtis, & dilatio vſque ad illud tempus non ſolũ eſt vana, ſed etiam periculoſa.

Laboraui

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

QVomodo potui malum facere, & peccare in Dominum meum? ideò cum ad mentem meam omnia bona, quæ mihi Domine à iuuentute, & in omni vita mea feciſti, recolo, cùmque ingratum me erga te fuiſſe cõſidero, ita mœrore

rore afficior, & fletu laboro, quòd ſingulis noctibus lectũ, & ſtratum meum planctu, & lachrymis lauare, atq; rigare cogor. Sed vos cùm videatis tanti Regis gemitum, & lachrymas, non lachrymabitis etiam vos, qui quotidie grauiter delinquitis, & in tanto aſsiduè verſamini luxu? Eia ergo miſeram conditionem veſtram deflete, & perpetuo, dum viuitis, lachrymis ſtratũ veſtrum, cum pœnitente iſto rigate, *lachrymæ enim abluunt inueteratas maculas, & grãdis*

eſt

eſt virtus lachrymarum, multumq́ prævalent lachrymæ, quæ ſecundùm Deum ſunt. Sic B. Ephrem. lib. de Iudicio extremo, cap. 5. & D. Auguſt. lib. 5. Homil. ait: *Quamuis ſingula (peccata venialia) non lethali vulnere ferire ſentiantur, ſicut homicidium, adulterium, & cętera huius modi: tamen omnia ſimul congregata velut ſcabies, quo plura ſunt, necant, & noſtrũ decus ita exterminant, vt ab illius ſponſi ſpecioſi forma præ filijs hominum caſtiſsimis amplexibus ſeparent, niſi medicamento*

quoti-

quotidianæ pœnitentiæ diſſecentur.

Turbatus eſt à furore oculus meus.

ANimę oculus eſt afflictꝰ, intellectus, mens, & ratio mea videlicet perturbantur, adeò quod non ſit requies. Heu me miſerum in quantam tribulationem deueni, qui priùs iucundus eram? quantum diſto ab illo, qui quõdam fui? Nullus profecto hominũ habet mentem magis conturbatam, quam peccator, iſtoque

inſipientior nemo reperitur, teſte Ambroſio ſancto in Pſalmum 38. ita loquente. *Quis eſt inſipiens? niſi qui peccatum facit, & eligit mala pro bonis?* Peccatum ergo hominem facit ex ſapiente ſtultum. Hinc contritus Pſaltes clamat: Oculus meus afflictus eſt, inundauerunt aquæ ſuper caput meum. Perij, *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Propter duritiam cordis mei conſumptus ſum inter vitia & ſcelera. Quia iuxta viam meam adoleſcens ambulaui, & ita in

peccatis

peccatis ſenui, vt ab eis (niſi adiuues me) recedere nequeam, Hic monemini in vitijs non debere ſeneſcere, ſed vt docet D. Baſil. in Regulis breuioribus 9. 55. *Sicut morbi corporis inueterati non niſi lõga, & acri curatione ſanantur, ſic peccata inueterata diuturna patientiâ, aſſiduâ oratione, & acerrima animi contentione curari oportet. Et ſequitur quod repetitis vicibus, ac multo cum labore intinctum eſt tincturam excipit, præſſius inhærentem, & quæ vix elui queat: obiter autem*

colore aliquo infectum tincturã bibit, facile mobilem, ſic anima ſanie peccatorum ſuperata, & in habitu conſtituta malitia (habitus enim ſecundùm Philoſophum eſt de difficili mobilis*)* vix, ac multo negotio, elui poteſt.

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit

Domi

CONTRITVS.

Dñus deprecationem meam: Dominus oratione͂ meam ſuſcepit.

CVm ego, qui in tenebris ambulabam viderim lucem magnam, ſedenſq; in regione vmbræ mortis lux orta ſit mihi, id eſt cùm Dominus fletus mei vocem obaudierit, meaſq; ſuſceperit deprecationes, vos omnes operarij iniquitatis, qui me ad peccatum induxiſtis, recedite à me, ſcientiam enim veſtrarum viarũ

familiaritatē, atq; cōuerſationē veſtrā habere impoſterū minimè volo. Nūc enī agere pœnitētiam iuraui, Deiq; mei legem cuſtodire ſtatui. Hæc eſt optima via ad conſequendam virtutem, fugere malos. Vnde Eccleſiaſt. cap. 7. *Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te.* & Apoſt. 2 ad Theſſ. cap. 3. *Denunciamus vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante.* Intelligite fideles, ab eorum conſortio, qui ſalutem

ani-

animarum veſtrarum impediunt, cauete. Nam, vt inquit D. Chriſoſt. *Vt difficile eſt arborem iuxta viam poſitam, fructus vſq; ad maturitatem ſeruare: ſic difficile eſt virtutem in cõuerſatione hominum cuſtodire.*

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: cõuertantur & erubeſcãt valde velociter.

Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo.

QVomodo potui malum facere, & peccare in Dominum meum? ideò cum ad mentem meam omnia bona, quæ mihi Domine à iuuentute, & in omni vita mea feciſti, recolo, cùmque ingratum me erga te fuiſſe cōſidero, ita mœrore

rore afficior, & fletu laboro, quòd ſingulis noctibus lectũ, & ſtratum meum planctu, & lachrymis lauare, atq; rigare cogor. Sed vos cùm videatis tanti Regis gemitum, & lachrymas, non lachrymabitis etiam vos, qui quotidie grauiter delinquitis, & in tanto aſsiduè verſamini luxu? Eia ergo miſeram conditionem veſtram deflete, & perpetuo, dum viuitis, lachrymis ſtratũ veſtrum, cum pœnitente iſto rigate, *lachrymæ enim abluunt inueteratas maculas, & grãdis*

 eſt

eſt virtus lachrymarum, multumq́ præualent lachrymæ, quæ ſecundùm Deum ſunt. Sic B. Ephrem. lib. de Iudicio extremo, cap. 5. & D. Auguſt. lib. 5. Homil. ait: *Quamuis ſingula (peccata venialia) non lethali vulnere ferire ſentiantur, ſicut homicidium, adulterium, & cętera huiusmodi: tamen omnia ſimul congregata velut ſcabies, quo plura ſunt, necant, & noſtrũ decus ita exterminant, vt ab illius ſponſi ſpecioſi forma præ filijs hominum caſtiſsimis amplexibus ſeparent, niſi medicamento*

quoti-

quotidianæ pœnitentiæ diſſecentur.

Turbatus eſt à furore oculus meus.

ANimę oculus eſt afflict9, intellectus, mens, & ratio mea videlicet perturbantur, adeò quod non ſit requies. Heu me miſerum in quantam tribulationem deueni, qui priùs iucundus eram? quantum diſto ab illo, qui quõdam fui? Nullus profecto hominũ habet mentem magis conturbatam, quam peccator, iſtoque

inſipientior nemo reperitur, teſte Ambroſio ſancto in Pſalmum 38. ita loquente. *Quis eſt inſipiens? niſi qui peccatum facit, & eligit mala pro bonis?* Peccatum ergo hominem facit ex ſapiente ſtultum. Hinc contritus Pſaltes clamat: Oculus meus afflictus eſt, inundauerunt aquæ ſuper caput meum. Perij, *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Propter duritiam cordis mei conſumptus ſum inter vitia & ſcelera. Quia iuxta viam meam adoleſcens ambulaui, & ita in

peccatis ſenui, vt ab eis (niſi adiuues me) recedere nequeam, Hic monemini in vitijs non debere ſeneſcere, ſed vt docet D. Baſil. in Regulis breuioribus 9. 55. *Sicut morbi corporis inueterati non niſi lõga, & acri curatione ſanantur, ſic peccata inueterata diuturna patientiâ, aſſiduâ oratione, & acerrima animi contentione curari oportet. Et ſequitur quod repetitis vicibus, ac multo cum labore intinctum eſt tincturam excipit, præſſius inhærentem, & quæ vix elui queat: obiter autem*

colore aliquo infectum tincturã bibit, facile mobilem, ſic anima ſanie peccatorum ſuperata, & in habitu conſtituta malitiæ (habitus enim ſecundùm Philoſophum eſt de difficili mocilis*)* vix, ac multo negotio, elui poteſt.

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit

Domi

Dñus deprecationem meam: Dominus orationẽ meam ſuſcepit.

CVm ego, qui in tenebris ambulabam viderim lucem magnam, ſedenſq; in regione vmbræ mortis lux orta ſit mihi, id eſt cùm Dominus fletus mei vocem obaudierit, meaſq; ſuſceperit deprecationes, vos omnes operarij iniquitatis, qui me ad peccatum induxiſtis, recedite à me, ſcientiam enim veſtrarum viarũ

familiaritatẽ, atq; cõuerſationẽ veſtrã habere imposterũ minimè volo. Nũc enĩ agere pœnitẽtiam iuraui, Deiq; mei legem cuſtodire ſtatui. Hæc eſt optima via ad conſequendam virtutem, fugere malos. Vnde Eccleſiaſt. cap. 7. *Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te.* & Apoſt. 2 ad Theſſ. cap. 3. *Denunciamus vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante.* Intelligite fideles, ab eorum conſortio, qui ſalutem

ani-

animarum veſtrarum impediunt, cauete. Nam, vt inquit D. Chriſoſt. *Vt difficile eſt arborem iuxta viam poſitam, fructus vſq; ad maturitatem ſeruare: ſic difficile eſt virtutem in cõuerſatione hominum cuſtodire.*

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: cõuertantur & erubeſcãt valde velociter.

Hic

HIc apparet pœnitentiæ Dauidis fructus, hoſtes ſuos non timet amplius, ſed eoſdem increpans ita loquitur illis: O vos, qui mihi vultis mala, ſcitote, quoniam Dñus. eſt mecum, tanquam bellator fortis, ideo inimici mei, tam viſibiles, quàm inuiſibiles erubeſcite, & metu contremiſcite. Ego autem non erubeſcam, nec minus contremiſcam, ſed in Deo meo exultans, gaudebo: quoniam laqueus veſter contritus eſt, & ego ſum liberatus. Vtinam & nos omnes

cum

cum iſto Rege contrito; Et nos liberati ſumus, decantare valeremus.

Beati quorum, &c.

COnſiderans Pœnitens Regius, poſt commiſſũ adulterium, ſe Diuinam amiſiſſe gratiam, ſemperq; in conſpectu Dei, tanquam delicti ſui obſeruatoris, teſtis, & Iudicis vitæ verſari, damno huic omnium grauiſsimo, aliquod adhibere cupiens remedium, poſt longas, variaſq; cogitationes,

ones, aliud ſalubrius adinuenire neſciuit (ſicuti ex ſubſequenti diſcurſu conſtat) niſi ſacrum Confeſsionis medicamentum, quod quantum ſit hominibus ad ſalutem neceſſarium, vix explicari poteſt. Sed pro nunc hanc vobis peccatoribus neceſsitatem relinquo conſiderandam. Interim hanc Regiam auſcultate Confeſsionem.

Beati quorum remiſſæ ſũt iniquitates: & quorum tecta ſũt peccata.

Illi-

CONTRITVS.

ILli beati ſunt aſſerendi, qui peccata per amaram delent pœnitentiam, iſtis enim iniquitates condonantur, peccataque teguntur, & ita operiuntur, vt ea reſpicere, nec in memoria habere audeat Deus. Hoc clarè patet per Ezechielē Proph. cap. 18. *Si impius egerit pænitentiam ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius; quas operatus eſt, non recordabor,*

cordabor. & in Prou. cap. 28. legitur: *Qui confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.*

Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.

QVi ſtatim peccatum per pœnitentiam deleuit, & in ore eius non eſt inuentum mendacium, poſt ſacram enim abſolutionē non eſt mentitus, id eſt, pactum: quod cū

Deo contraxit, eius legem nõ tranſgrediendi amplius, ſeruauit, huic non imputabitur peccatum, ideſt, Deus omnẽ ei non reſeruabit pænam, & hic procul dubio fælix vocari poterit, & beatus : quia miſericordiam Dei iam eſt aſſecutus, & ab omni eſt emundatus iniquitate Vos quoq; omnẽ deponite malitiam, & dolum, promiſsiſque Deo veſtris, in Confeſsionibus factis ſtate, & & ipſe vobis cuncta clemẽter ignoſcet delicta, & viri beati deinceps appellari valebitis.

Hoc

Hoc totum chariſsimi, in veſtra conſtitutum eſt poteſtate, teſte Philoſ. Ethic: 3. *Nullus eſt beatus, nec bonus, niſi volens.*

Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea: dum clamarē tota die.

CVm ſtatim poſt ſcelera admiſsa, non exquiſiuerim remedium, immò quia tacui confiteri nolens delicta, ac ſi iſta abſcondere voluiſſē, nunc præ continuo dolore ſenuernnt interiora mea, virtus

mea

mea ſcilicet præ luctu debilitata eſt, & anguſtia. Hic docemini, poſtquam in aliquod incideritis peccatum, reticere non debere. ſed repente ad ſãctam recurrere Confeſsionem. Ad hanc hiſce verbis lib. 2. ca. 6. de Pœnit. vos inuitat D. Ambr. *Si vis iuſtificari, fatere delictum tuum, ſoluit enim criminum nexus verecunda confeſſio peccatorum.* Et Homil. 5. in Geneſ. D. Chriſoſt. inquit: *Confeſſio peccatorum, abolitio eſt delictorum.*

Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina.

QVoniam ſcelus meum, conticueram, quid feciſti Domine? æquo iudicio tuo afflixiſti me, & flagellis tuis me cinxiſti. Itaque in calamitate, & miſeria conuerſꝰ ſum. Magnum miſericordiæ, & amoris argumentum eſt, dum

dum Deus hoc in mundo aliquem affligit. Ita Apoſtol. ad Hæbr. 12. teſtatur dicens: *Fili mi, noli negligere diſciplinã Domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus caſtigat, flagellat autem filium, quem recipit. In diſciplina perſeuerate.* Audite, & quid affirmat D. Paulus percipite. Qui nimias hoc in ſæculo perpeti afflictiones, aſſeueratis.

Delictum meũ cognitum tibi feci: & iniuſtitiã meam non abſcõdi.

D A V I D

JAm Diuinæ Maieſtati tuæ, meas manifeſtaui iniquitates, ſi illas namque abſcondere voluiſſem, nonnè oculis tuis nuda, & aperta ſũt omnia? iſtas ergo tibi iterum patefacio. Quia hoc modo me à te veniam accepturum, ſpero. Quando peccator peccata recognoſcit, Deiq; iram tremẽs ſe emendat, huic Deus libẽter parcit, & quod aliter non ſit, ipſummet per Prophetam Iſaiam cap. 66. hoc declamantem, audite. *Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contri-*

tum

tum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Per Confeſsionẽ ergo mala veſtra Deo patefacite, vt ad ignoſcendum vobis ipſum facilem reddatis.

Dixi confitebor aduerſũ me iniuſtitiã meã D.

ECce remedium à me repertum Dixi; id eſt, decreui, & meo in corde ſtatui, mea Domino confiteri peccata, & aduerſum me, non contra Deum, qui ſt non volens iniquitatem, ſedeego ipſe fui,

qui eam quæſiui, & volui. Reperiuntur enim aliqui, qui Deum redarguunt, alij verò ſtellis, planetis, aut fato attribuunt; verùm hæc omnia vana, & falſa ſunt; *Deus enim libero homines ornauit arbitrio, & in manu conſilij noſtri reliquit nos ab initio. Eccl. cap. 15.* Et veritas hæc etiam Philoſophorum principi, fidei lumine carẽti non fuit ignota; vnde 3. Ethic. inquit: *Nos umus domini noſtrarum operationũ à principio vſq; ad finem.* Et Boëtius 5. de Conſol. *Nulla eſt rationalis*

crea-

creatura, quin ei ſit libertas arbitrij.

Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.

ECce Medicinæ effectus, Animæ meæ videlicet ſanitas, ſtatim ac confeſſus ſum, meorum veniam recepi peccatorum. Perpendite quæſo (Lectores) quàm efficax remedium delictorum, ſacra manifeſtatio. Hoc medicamentum (ſi ſanari cupitis) à vobis eſt amplectendum. In

huius tãti teſtificationem negotij D. Auguſt. in Pſalm. 66. ita loquentem, audite. *Triſtis eſto antequam confitearis, confeſſus exulta, iam ſanaberis.* Et Greg. Nazian. Orat. in plag. grandinis ore clamat aperto: *Magna vitij medicina, eſt cõfeſſio.*

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno.

CVm iam omnibus patefaciat Deum per meam

Confeſ-

Confeſsionem mihi benignè peperciſſe, omnis iuſtus tempore opportuno, in ſtatu ſcilicet, quo poteſt mereri pro hac impetranda, preces multas effundet ad te. Hæc præſens vita eſt tempus opportunum, & idoneum pro Oratione, obſecratione, confeſsione, & pœnitentia. Suſcipite tandem aliquando fratres curam animarum veſtrarum, nolite pœnitentiam differre, neſcitis qua hora fur venturus ſit. Neſcitis an proxima nocte, à vobis repoſcatur anima. Adam

poſt culpam, Deus ſtatim de Paradiſo eiecit, non diſtulit, ſed ſtatim à delicijs ſeparauit, vt ageret pœnitentiam, ſtatim eum tunicâ veſtiuit pelliceâ, non ſericâ. *Deus* (ait Chriſoſt. Homil. de Pœnit. ad populum Antiochenum) *rurſum prȩuaricatos venia dignos efficit, & pœnas non ſtatim infert, vt per omnia nos trahat ad pœnitentiam, multũ peccaſti iam deſiſſe, & in contrarium reuertere. Deo age gratias, quod te non in mediis rapuit peccatis. Noli & alium quærere terminum, vt*
malè

malè opereris: Ne dicas, Erit tempus, cùm ſit opus conuerti. Multi dùm aliena vſurpant, interea rapti ſunt, & imprępa-rati migrauêre.

Verùm tamen in dilu-uio aquarum multarũ: ad eum nõ approxima-bunt.

QVi timuerunt Dominũ, eumq; in tempore op-portuno deprecati ſunt, & quæ beneplacita fuerunt ei,

omni

omni ſtudio adimpleuêre, iſti euadent illæſi, nullumq́; malum accedet ad illos, quando calamitatum diluuium vexabit mundum; Non enim ſinit Deus ſanctos ſuos corruptionem videre, ſed poſtquam venerint ex magno miſeriarum diluuio, Regni cœleſtis coronâ eoſdem condecorat, dicês: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum paratum vobis à conſtitutione mundi; Mercedē laboris ego reddam vobis.* Conſiderate hîc, quanta remuneratio parata ſit in cælo ſtrenuè

labo-

laborantibus in Vinea Domini. Si enim huius ſæculi homines, pro exigua mercede, & quæſtu, ingentes ſæpè labores ſubeunt, eoq; maiores quo maior quæſtus, vel remunerationis ſpes affulget, quàto magis nos parati eſſe debemus ad laborem aliquem ſuſtinēdum, pro Regno Dei, & fælicitate æterna? quæ remuneratio tāta eſt, vt nihil ſint, omnes noſtri labores, ſi cum illa conferātur. Quare Apoſt. ad Rom. cap. 8. ſcribens, inquit: *Non ſunt condignæ paſſiones huius tē-*

poris

poris ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et apud B. Athanaſ. in eius vita S. Ant. 8. *Nec vniuerſo orbi renuntiantes dignum aliquid habitaculis poſſumus compenſare cœleſtibus.* Et S. Fulgent. lib. 1. cap. 10. ad Monimum: *Tantũ ibi (in cœlo) gratiæ Diuinæ retributionis exuberat, vt incomparabiliter, atq́; ineffabiliter omne meritum quantumuis bonæ, & ex Deo datæ humanæ voluntatis, atq́; operationis excedat.*

Tues

Tu es refugiũ meum à tribulatione, quę circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

OMnipotens Deus, ego miſer miſerabilis & pauper, ad te, mortis & vitæ Dominum confugio, meum tu es perfugium: ideò de afflictionibus vndique exagitantib9, eripe me, ego omninò in te benigniſsime Domine confido,

do, cùm ſit melius in te confidere, quàm in principibus, & in filijs hominum, in quibus vlla ſalus non adeſt. *In infortunijs refugiendum eſt ad amicos.* ex 8. Ethic. Sic Dauid noſter, dum in tribulationibus verſaretur ad Dominum confugium habet. Ita vos in animæ veſtræ infortunijs ad Deum recurrere cum Pœnitente Rege feſtinate. Nam omnis medela à Deo, & non ab alio dependet. Et morbi, qui à Deo immittuntur, nõ immittuntur niſi bono fine, vt ſcilicet

cet reſipiſcatis, & vitam ve-ſtram corrigatis. *Tuſſi laboras* (inquit Auguſt. lib. de Viſit. infirm. cap. 3.) *pulmone deficis? cibum ſtomachus reſpuit? phtyſi decoqueris? vinum faſtidis? dyſenteriâ ſauciaris? multimodo morborum genere afficeris? Sed & hæc ſi oculum habes, ſi cordatus es, Dei tota ſunt.*

Intellectum tibi dabo, & inſtruã te in via hac quâ gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.

Mihi reſpõdet Dominus dicens: In manibus meis deſcripſi te, afflictiones tuæ ſtant coram me ſemper. Quapropter ita te ſapientem reddam, intellectus dono ita ornabo te, inſtructumq́; in via, per quam proficiſci debes faciam te, ac ſi ad bellum pergere deberes, vt tuorum victoriam recipere poſsis hoſtium. Inſuper non te aſpiciam ſimpliciter, ſed ſuper te oculos meos firmabo, id eſt, aſsiduè obſeruabo, neque vnquam oculos à te deijciam, vt ſi in ali-

quo

quopericulo verſareris tibi opportunè ſubueniam; Itaque promittit ſe illi futurum eſſe ducem in via recta, eiq; omne auxilium præbiturum, & quod Deus hanc ſeruauerit promiſsionem, ipſum Dauidem in Pſal. 17. eam recepiſse acclamantem, audite: *Viuit Dominus* (inquit) *& benedictus Deus, qui docet manus meas ad prælium, eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & præcinxit me virtute ad bellum. Perſequar inimicos meos, & non conuertar donec deficiant.* Ecce quot bo-

na Deus eius opem implorantibus elargitur. In omnibus igitur veſtris negocijs, & ſi paruis Diuinam implorate prius opem. Abſque iſta namque aliquid boni efficere nequibitis Vnde ad rem 3. de Conſolat. Boetius admonuit: *In minimis rebus Diuinum auxilium debet implorari. Inuocandus enim eſt Pater omnium rerum, quo prætermiſſo nullum ritè fundatur exordium.*

Nolite fieri ſicut equus & mulus: quibus non eſt intellectus.

Cum

CONTRITVS.

CVm inter omnia animalia ſolus homo habeat rationem (ex Polyt. 7.) *& homo inſenſatus in ſapientia ſcilicet intellectus maneat vt Sol. Eccleſiaſt. 27.* Ego tamen tanquã irrationalis, & ſtultus vt luna mutatus ſum, tranſiens à plenitudine ad vacuitatẽ gratię; Vos ergo, qui eſtis rationales homines quid bonum, ac malum ignorare non debetis, & equis, & mulis non decet vos ſimiles eſſe, qui inter ſeſſores non diſcernunt an Chriſtus, ſedeat an Dæmon, ſed quod-

ſibet pondus abſque vllo diſ-
crimine portant. Equus eſt a-
nimal ſuperbum, ita homo
cùm eſt in honore extollit ſe,
& ſemetipſum non intelligit;
Quamobrem iumentis inſipi-
entibus comparatus, eiſdem
fit ſimilis. Mulus autem eſt a-
nimal pigrum, & obſtinatum
cui fiunt ſimiles illi, qui con-
uerti; & accedere ad Domi-
num tardant, & iſti pluribus
ſunt obnoxij vitijs; Vnde in
Prou. cap. 24. *Per agrum ho-
minis pigri tranſiui, & ecce totũ
repleuerant urticæ.* ac propte-

rea

rea idem in Prou. cap. 20. *propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.* Nolite quæſo iſtis animalibus ratione carentib9 perſimiles eſſe, ſed ſtulti aliquando ſapite, & veſtrâ vtentes ratione accedite ad Deum, & illuminamini, Sapientiq; in Prou. cap. 9. ita declamāti, parete. *Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.*

In chamo & fræno maxillas eorum conſtringe: qui non approximant ad te.

PEccata ſilentibus, ſuaq; iactantibus merita (iactator enim maximè eſt vituperandus 3. Ethic.) Domine maxillas preme, dum per pœnitentiæ ſemitam ad te venire contemnunt. Illi peccatorum veniâ non ſunt digni, qui pœnitentis huius exemplum præ oculis habentes, iſtum tamen

imitari minimè volunt, & nunquam animum à vitijs abducentes, in Dei offẽſione perſiſtunt. Iſtis abſque dubio ſuperueniet illa Matt. 22. ſententia: *Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Omnis enim arbor* (inquit Chriſtus Matt. 3.) *quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*

Multa flagella peccatoris: ſperantem autē in Domino, miſericordia circumdabit.

PRo certo peccator in die iræ multa flagella, multaſque afflictiones expecta. *Qui enim relinquunt Deum,* (ait Eccl. cap. 28) *incidet in flāmam, & exardebit in illis, & nō extinguetur*; ſperantem autem in Domino, miſericordiâ operietur à Deo. Quoniam qui in

ipſo

ipſo totam ſuam collocat ſpē, facinorum ſuorum miſericordiam impetrat. Dei namque proprium eſt miſereri; *& multus eſt ad ignoſcendum*, cecinit Iſaias cap. 55. Et in lib. Eccleſiaſtici cap. 2. *Scitote, quia nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt, quoniam pius, & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata.*

Lætamini in Domino & exultate iuſti.

Gaudete

GAudete iuſti, ſed non in vobis: Non enim meritis, atque virtutibus veſtris eſtis ſanctificati; *Quia ſufficientia veſtra* (ait Paulus 2 Corin: cap. 3) *ex Deo eſt, nec cogitare quidem aliquid ex vobis quaſi ex vobis eſtis ſufficientes, ſed Dei gratia, & miſericordia hoc eſtis conſecuti donum.*

Et gloriamini omnes recti corde.

JLli corde vocantur recti, qui fideles in dilectione Dei perma-

permanentes, omni ſcilicet Diuino obtemperantes mandato, Deo non reſiſtunt, ſed ipſi iubenti, præbe mihi fili cor tuum, illi ſtatim omnibus curis mundanis relictis, non ſolùm cor, verùm etiam corpus tradunt, & animam, & in Domino tantum gloriantur iuxta Apoſtoli præceptum. Epiſt. 2. ad Corinth. cap. 10. dicentis: *Fratres qui gloriatur, in Domino glorietur.*

NVnc peccatores, quib⁹ in huius Pſalmi initio, Confeſsionis vtilitatem, ſiue neceſ-

neceſsitatem reliqui conſiderandam, hos paucos ſuperiores perlegite verſus, gratiasq́; pœnitenti Prophetæ per Confeſsionem à Deo collatas, perpendite. Si vos pariter eaſdem conſequi deſideratis iſto Dauidico remedio ſimpliciter neceſſario ſaltē ī votovtamini, aliterin vitā æternā nō igredie-mini. *Confeſsio namq́;* ex D. Ambr. lib. de Parad. *animam à morte liberat, Confeſſio ſpem ſalutis tribuit, quia non meretur iuſtificari, qui in vita ſua peccata non vult confiteri ;* Sed Iacob. Apoſt.

Apoſt. hanc clarius expreſsit veritatem, quando in cap. 5. dixit: *Confitemini alterutrum peccata veſtra, vt ſaluemini.* ac ſi dicat: Quia alio modo non ſaluabimini. Deo ergo noſtro omnia ſcelera noſtra confiteamur omnes, Pœnitentiamq; dum tempus habemus operemur, vt poſt obitum noſtrum, ab illo miſericordiarum, conſolationumq; omnium Patre, in regno cœleſti exultare, lætari, atq; gloriari digni reddamur.

Domine

DAVID.
Domine ne in furore, &c.

DVM iſte Pauper inter perſequutionum fluct' Abſalonis præcipue verſaretur, ipſe verò ſoſpes ad ſalutis portum peruenire anhelans, ſpiritu præuidens, B. Pauli ni ſententiam dicentem Epiſt. 31. *Naufragorum tabulam eſſe orationem, quæ inter tribulationum fluctus nos ad portum deducit*; Regius vates ad hoc humiliter, atq; deuotè confugit antidotum, & ifraſcripto perorat ſermone.

Domi.

Domine, ne in furore tuo arguas me: neq́ue in ira tua corripias me.

NE quæſo mi Domine, addas afflictionem afflicto, nec tanto animi furore, tantaq́; excandeſcentia coarguas me. Tunc enim in furore coarguis, quando minimè parcis, & tunc in ira corripis, quando iratus graui pęna peccatores affligis, ſed mihi benignus propter infinitam bonitatem tuam emendator, & Iu-

dex exiſte. Vobis autem Domini correptio non diſpliceat; quoniam vulnerat ipſe, & ſanat, Iob cap. 5. hoc teſtificante *Beatus homo, qui corripitur à Deo, increpationem ergo Domini ne reprobes. Quia ipſe vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt.* Et in lib. Eccl. cap. II. legitur. *In die malorum, ne immemor ſis bonorũ. Quia vaſa figuli* (ſubiungitur in eodem lib. cap. 27.) *probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.*

Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & cõfirmaſti ſuper me manum tuam.

QVantum glorificaui me, & in delicijs fui, ne quæſo, tantum des mihi tormentum: tormenta enim, quibus me (ô Deus bone) exagitas, ſagittæ ſunt: harum enim inſtar animam meam pungunt, meumq; corpus feriunt, & cõtinuis manus tuæ flagellis me cædere non deſinis? At miDa-

uid tuarum recordare iniquitatum, patientiam habe, libẽtique animo hæc ſuffer flagella, nullus mortalium abſq; afflictione aliqua reperitur, & à Deo mittuntur tribulationes, ne mortales ciuitatem hanc, non permanentem, pro permanente diligant. Hoc à Gregorio Magno lib. 23. Moral. ſequentibus comprobatur verbis: *Vita præſens eſt via, quâ ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequẽti conturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus; ſolent*

lent etenim nonnulli viatores cũ amœna fortaſſe prata in itinere conſpiciunt, pergendi moras innectere, & à cœpti itineris rectitudine declinare, eorumq́; greſſus tardat pulchritudo itineris dum delectat. Electis ergo ſuis ad ſe pergentibus Dominus huius mũdi iter aſperum facit, ne dum quiſq́; præſentis vitæ requie quaſi amœnitate viæ paſcitur, magis eum diu pergere quã citius peruenire delectet, ne dum oblectatur in via, obliuiſcatur, quod deſiderat in patria.

uid tuarum recordare iniquitatum, patientiam habe, libẽtíque animo hæc ſuffer flagella, nullus mortalium abſq; afflictione aliqua reperitur, & à Deo mittuntur tribulationes, ne mortales ciuitatem hanc, non permanentem, pro permanente diligant. Hoc à Gregorio Magno lib. 23. Moral. ſequentibus comprobatur verbis: *Vita præſens eſt via, quâ ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio freq̃ueti conturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus; ſolent*

lent etenim nonnulli viatores cũ amœna fortaſſe prata in itinere conſpiciunt, pergendi moras innectere, & à cœpti itineris rectitudine declinare, eorumq́ greſſus tardat pulchritudo itineris dum delectat. Electis ergo ſuis ad ſe pergentibus Dominus huius mũdi iter aſperum facit, ne dum quiſq́ præſentis vitæ requie quaſi amœnitate viæ paſcitur, magis eum diu pergere quã citius peruenire delectet, ne dum oblectatur in via, obliuiſcatur, quod deſiderat in patria.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.

EGo cùm ſim tantorum nocens malorum, conſiderans iram, & Dei indignationem in die iudicij futuram, ita timeo, vt præ timore mea putreſcat caro, meáque oſſa contremiſcant, pacemq́; non habeant, id eſt ſpiritus meus

præ

prę mearum grauitate iniquitatum contremiſcit, atq; euaneſcit. *Proprium eſt* (inquit Seneca epiſt. 97.) *nocentium trepidare.* D. Hieron. etiam in in Reg. Mon. cap. 30. extremũ iudicij diem trutinans clamabat: *Quoties diem iudicij conſidero, toto corpore contremiſco.* Et vnde tantus timor? Quia (vt ait Sophon: Proph. cap. 1.) *Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies irę, dies illæ, dies tribulationis, & anguſtiæ, dies calamitatis, & miſeriæ, dies tenebrarum, & cali-*

ginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris ſuper ciuitates munitas, & ſuper angulos excelſos.

Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

ADeò auctæ, & multiplicatæ ſunt malitiæ meæ, vt iam ſuper caput meum aſcendere cœperint. Peccatorum

rum pondera ſentientes, hæc verba proferunt: Peccatorum onus eſt equidem graue, atq; moleſtum, nullum grauius reperiri poteſt, ac moleſtius. Ad tollendam enim grauitatem hanc filium Dei mori neceſſe fuit. Hinc Bernardus de Nat. Domini ſerm. 3. peccati magnitudinem perpendens, ita loquitur: *Agnoſce homo, quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt Chriſtum Dominum vulnerari, ſi non eſſent hæc ad mortem, & mortem ſempiternã, nunquam pro eorum remedio*

Dei

Dei Filius moreretur. Et D. Chriſ. Hom. de Iona Proph. ait: *Nihil graue æquè, & oneroſum inuenies, quã peccatum.* Et idcirco Zachar. cap. 5. *plumbo peccatum figurauit*, Iure igitur noſter Contritus, naturam eius deſcribere volens, hoc in ſermone clamat: Iniquitates meæ ſuperauerũt caput meum.

Putruerunt & corruptę ſũt cicatrices meæ: à facie inſipientię meę.

Heu

CONTRITVS.

HEu me miſerum omni ex parte fætidum, & ſordidũm, cùm citius propter inſipientiam meam ad cicatrices, & vulnera mea debitam non applicauerim medicinam. Rectè dicit Ambr. lib. 1. Offic. cap. 12. *Interroga conſcientiam peccatoris, nonne grauius omnibus fætet ſepulchris?* Et Hiero. lib. 6. cap. 14. in Iſaiam: *Cadauer diaboli putridum ob magnitudinem peccatorum dubitare non poterit, qui legerit peccatum eſſe fætidiſſimum ipſo peccatore dicente: Computruerunt cica-*

trices

trices meæ. Quando cicatrices debita non curantur medicina, putreſiunt, ſic etiam putreſiet anima peccati vlcere vulnerata, niſi ei pœnitentiæ medicamen repentè adhibeatur. Cum Rege vulnerato (ô vulnerati) ad Deum medicũ maximum, & optimum, occidentem, & viuere facientem, percutientem, & ſanantem, feſtinanter accurrite.

Miſer factus ſũ, & curuatus ſum: vſq; in finẽ.

Quo-

CONTRITVS.

QVoniam diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis tuæ contempſi, iratus me tortoribus tradidiſti quoaduſque reddam vniuerſum debitum, meritò ideò miſerabilis factus ſum, & infælix vſque ad finem vitæ meæ. *Omnis peccans fit per peccatum miſer* teſte Chriſoſt. Hom. 6. ad populum Antioch. inquiente *Peccans etiamſi non puniatur, omnium eſt miſerrimus* Et tunc maximè miſer, cùm non punitur, & graue nihil patitur.

Tota

Tota die contriſtatus ingrediebar.

QVamuis Regiæ Maieſtatis tenerem ſolium, eſſemq́ue magnæ auctoritatis Dominus, ſemper tamen mærore deãbulabam confectus, hocq; propter peccatum, peccati enim fructus, eſt conturbatio. Quare D. Chriſoſt. affirmat in Hom. 5. de Pœniten. *Malorum omnium cauſam eſſe peccatum, ex peccato oritur triſtitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, ex peccato morbi,*

atq́; omnes quotquot nos premũt paſſiones.

Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas iu carne mea.

CArnis delectationibus, quibus dæmõ mihi turpes libidinis excitat appetitus mei repleti ſunt lumbi,& quia in harum voluptatum carnalium oblectationibus meam aliquando tranſegi vitam: idcirco omnem ſanitatem caro

mea perdidit. Ad rem nunc faciunt illa verba à D. Chriſo: Hom. 54. & 55. ad populum Antioch. decantata: *Non tam vehementer fluuialium aquarũ curſus ripas corrodere ſolent; ſicut deliciæ, & luxus omnia valetudinis noſtræ firmamenta facile ſubruere.* Quare aduertite totum corpus veſtrum eſſe caſtigandum, ac feræ cuiuſdam inſtar prohibendum, & ab ipſo aduerſus animam tumult9 orientes ratione veluti flagello compeſcendi, ne frænum voluptati omnino laxando mens

velut

velut auriga ab equis contumacibus miſerè rapiatur, ac inter cætera Pythagoræ meminiſse dicti oportet, qui videns quendam ſe cibis lautè curantem, ac saginantem. *Heus, inquit, miſer non deſinis continuo duriorem tibi carcerem præparare?* Hæc ad vos Crapulatores. *Abſtinentia cibi (fratres) confert*, ex 5. Ethic. *febricitanti ſanitatem.* Vos eſtis febricitantes, multarumque febrium malignitate oppreſsi S. Ambr. teſtiſtcante lib. 4. in c. 4. Lucæ ſub finem. *Febris no-*

ſtra, ait, auaritia eſt, febris noſtra libido eſt, febris noſtra luxuria eſt, febris noſtra ambitio eſt. Si igitur animæ veſtræ ſalutem optatis, ac ſanitatem ab iſtis vitiorum abſtinete cibis.

Afflictus ſũm & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

VItæ finem facit mihi dolor, tantaque eſt fletus mei vehementia, & ita intimis angor ſenſibus, vt, ac ſi eſſem

leo rugiens, rugire ſum coa-ctus. Has autem tribulationes ne admiremini. *Peccati namq; proprium eſt*, aſſerit Sap. Prou. cap. 14. *miſeros facere populos. Et gloria viri peccãtis ſtercus & vermis* 1. Machab. cap. 2.

Domine ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.

QVid à te Domine optem cupiditates meæ, planctus mei, & ſuſpiria mea te minimè latent, cum omnia (etſi obſcuriſsima) ſint tibi manifeſta; tenebræque ipſæ à te obſcurari nequeant. *Oculi Domini* ait Eccl. cap. 23. *multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & omnium corda intuentes in abſconditas partes?* Domino enĩ Deo antequam crearentur omnia, erant agnita, & ſic poſt perfectum reſpicit omnia. Tu

igitur quid deſiderem ego, cor meum intueris, & omnium es perſcrutator cordium, & in perfectione infinitus es. Huc reſpiciens D. Chriſoſt. ſerm. 62. ait: *Deus facere fraudem neſcit, pati non poteſt, quia non excluditur tempore, non ætate vincitur occultatione non fallitur, videt abſcondita, furata tenet, negata poſſidet.*

Cor meum conturbatum eſt: dereliquit me virtus mea.

EGo ille quondam ſic opu. lentus, & omnibus bonis repletus, ecce nunc quomodo ita incredibili capior dolore, vt cordis mei virtus deficere incœperit, & iam in nihilum redacti ſint omnes artus mei. *Tribulatio & anguſtia in omnẽ animam hominis operantis malum*, pronunciauit illud electionis vas ad Rom. 2. Aduertite autem cor hoc in loco à pœnitente ſumi pro anima, quæ in corde tanquam in principaliori ſede requieſcit. Verùm non intelligatis, quod in corde ſo-

de ſolum ſit anima, cùm ſit tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, attamē in corde principalius operari dicitur.

Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.

REpleuiſti me amaritudinibus, inebriaſti me abſynthio, ita, vt oculorum luce caream, & cæcus ſim factus à veritatis via errans. Ita nec aliter ſolet euenire peccatibus,

tibus, Sophon. cap: 1. dicente: *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* vel mentis & rationis lumine orbatus ſum: quia ſtultè peccando, & inſipienter hoc amiſi. *Peccatũ enim omne* (ex Magni Baſilij ſententia ſuper præſentem Pſal.) *per ſtultitiam fit.* Et Ambroſ. in 38. *Quis eſt inſipiens, niſi qui peccatum facit?*

Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.

POſtquam pœnitere, á maliſque abſtinere cœpi Amici, quos malè in agendo habui ſocios fuerunt mihi cōtrarij & quaſi alieni recedentes à me, me pro amico amplius noluêre. Vnde Chriſol. ſerm. 62. *Amatores criminum, inuigilant, inſidiantur in accu-*

ſatione

ſatione virtutum, quaſi contra ſalutem non pro ſalute.

Et qui iuxta me erant de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quęrebant animã meam.

PRopinqui mei veteri amicitia poſtpoſita, ac beneuolentia dereliquerunt me, & qui me nouerant obliti ſũt mei, & quãſi peregrinus ſum in oculis eorum. Non deſunt tamen aliqui meam inquirere ani-

animam, vt eidem violentiam ac moleſtias inferentes, perdant eandem. A deſerente mundum, & fugiente peccatum, cũ inimicis vehementer decertandum eſt. Idcirco non abſque ratione patientiſsimꝰ ille cap 1. *Militiam eſſe vitam hominis ſuper terram* decantauit. Semper habes continuã pugnam, vnde tibi eſt neceſſaria magna animi fortitudo, qua decernas nunquam ſiue proſpera, vel aduerſa adueniant à propoſito deflectere, ſed nec actu deflectas. Chriſtia-

norum

norum profeſsio in aduerſis fortiter ferendis, conſiſtit. *Calamitas virtutis occaſio eſt* (ſecũdùm Senec. lib. de Prouid.) *Ignis aurum probat, miſeria fortes viros.*

Et qui inquirebant mala mihi: locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.

ODio me perſequentes vanitates contra me fabricabant atq; mendacia, neq; aliud tota die cogitant niſi

frau-

fraudes, & inſidias, quibus me decipiant. Sed ego iſtorum ſermones noui, & ſententias erga me iniquas. Væ vobis autem, quia in diem perditionis ſeruamini, & ad diem furoris tandem aliquando ducemini. *Os enim quod mentitur, occidit animam.* Sic lib. 10. Moral. cap. 2. teſtatur ille Magnus Greg. Interim omnipotentem Deum orate omnes, vt à malignantium labijs, & à lingua doloſa vos protegat. Vos autem iuſti mendacia deteſtantes, & veritatem ſectantes, ve-
ſtro

ſtro cum proximo ſemper loquamini verum, *quoniam eſtis inuicem membra.* Apoſt. ad Epheſ. 4.

Ego autem tanquam ſurdus non audiebam. & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

In his

CONTRITVS.

IN his verſibus ſuam nobis Dauid indicat patientiam Cum tanquam ſurdus malignantium verba auſcultare noluerit, & mendacia, & ac ſi eſſet mutus cum illis verba facere recuſauerit. Hoc præcipuè Dominus noſter IESVS Chriſtus executus eſt, qui ſicut agnus coram tondente ſe non aperuit os ſuum, ſed flagella, opprobria, irriſiones pertulit, mortemq́ue ipſam patienter ſuſtinuit. Exemplum (perdilecti) & Chriſti, & pænitentis Dauidis habetis ante

oculos

oculos, & quemadmodum iſti fecêre, ſic & non alio modo à vobis faciendum eſt. Ad hoc hortatur vos Apoſtol. ad Rom. cap. 12. dicens. *Cum omnibus hominibus pacem habete non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ, & ſi eſurierit inimicus veſter, cibate illum, ſi ſitit, potum date illi: hoc enim facientes carbones ignis congeretis ſuper caput eius: hoc eſt, beneficijs ita obruite inimicum vobis excandeſcentem, vt inflammetur non ira, vel odio, ſed charitate, ignisq; in eo accendatur*

datur, qui pro commiſſis conſcientiam eius torqueat, & adurat vt exponit Orig. Aug. quoque lib. 3, de doctr. Chriſt. cap. 16. ait: *Carbones ſignificant vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſuperbia ſanatur eius; qui dolet ſe inimicum fuiſſe hominis, à quo eius miſeriæ ſubuenitur.* Eiuſmodi carbones congeſsit Rex pœnitens noſter, ſuper caput Saulis, capitalis ſui inimici, quando egreſſo è ſpelunca orã chlamydis, quam occultè abſſciderat, oſtendit, incredibili enim charitate illa commotus

Saul, leuauit vocem ſuam (ait 1. Reg. hiſtoria cap. 24.) & fleuit, dixitque ad Dauid: *Iuſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala, & tu indicaſti hodie, quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me: Quis enim cùm inuenerit inimicum ſuum, dimittet illum in via bona?* Quod factum copiõſè pertractans Chriſoſt. homil. 1. de Dauid & Saul: *Quid,* inquit, *eſſe poſſit hoc Prophetâ beatius, qui breui temporis mo-*

mento ſic hoſtem è furore ad ſobrietatem compoſuit? & animū nactus cædis, ac ſanguinis ſitientem repentè ad lamenta, & eiulatus compulit? Non perinde miror Moyſen (Exod. 17.) *Quod è ſaxo prærupto fontes elicuit aquarum, vt admiror Dauidem, quod ex oculis lapideis fōtes eduxerit lachrymarum. Si quidem ille quidem vicit naturā. At hic vicit animi decretum, ille virgâ percuſſit lapidem, hic ſermone pepulit cor, non vt contriſtaret, ſed manſuetum redderet.*

DAVID

Quoniam in te ſperaui Domine, tu exaudies me Domine Deus meus.

QVoniam in te totam meam collocaui ſpem, ideo malignantium meorum omnium patienter tuli contumelias, ſcio enim omnium in te ſperantium protectorem te eſſe, tibi itaq; omnium me odientium committo vindictá: ego verò eis parco. *Nobiliſſimum vindictæ genus, eſt parcere,* Senec.

Senec. in lib. de forma vitæ. Hoc tantùm vnum oro, vt me exaudias. In te namq́;, & non in alio ſperaui, & ſemper in te etiamſi occideris me, ſperabo. Huic Regio ſermoni cõſonant eà patientiſsimi verba, quando doloribus oppreſſus exclamans (vt videre eſt in cap. 13) inquiebat: Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Veſtram quoq́; in Domino ponite ſpẽ, *quoniam qui ſperant in Domino*

ex Iſaia cap. 40. *mutabunt fortitudinem, aſſument pẽnas ſicut aquila, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* & Nahum. cap. 1. *Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe.*

Quia dixi, ne quando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum cõmouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

CONTRITVS.

NE lætemini inimici mei ſuper me, quia ſi cecidi, conſurgam. Attamen Domine mi, te exoro, vt mea in cõſpectu tuo dirigatur oratio, & quam citius tuas ad aures perueniat, antequam in me, mei inſultent inimici, meiſq; gratulentur malis. Et profectò hoc mihi accidet, niſi repentè tua præuenerit clementia, tuamque fuero conſecutus miſericordiam. Hoſtes enim mei, humana videntes fragilitate pedes meos pauliſper à mandatorum tuorum via declinaſ-

 ſe, il-

ſe, illicò magna valido diffamantes clamore de me murmurauêre, ſed ego vlciſcendi inuidia non mouebor, nec malorum rependam vicem. Hæc eſt perfecti viri qualitas, & iuxta iubentis Dei præceptum. *Diligite inimicos veſtros, & benefacite ijs, qui oderant vos* Matt. 5. Obedite ergo iuſsis, & ipſe erit Saluator veſter.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus contra me eſt ſemper.

SCeleſtiſsimum peccati genus eſt, quando quis in iniquitate potens, in malitia gloriatur. Idcirco Vates, vt hoc graue deuitet peccatum, ſummo correptus dolore, ad qualiacunq; ſuſtinenda flagella propter perpetrata peccata ſe hoc in verſu promptiſsimum demonſtrat. Et certe Rex iſte

omnes Regio pertulit animo calamitates. Si vos eiuſdem veſtigia ſequeremini, ad vitia profectò non tam faciles eſſetis, neq; procliues; Exemplũ quæſo huius Sereniſsimi Vatis vos moueat, excitetque. Exempla enim (ex Cic. lib. 3. de Orat.) *maximè mouent*. Et Caſsiod. lib. 4. cap. 38. *Exempla ad imitationem, & ad vitã perfectam à nobis ſunt expetẽda.* Inquit ergo Pſalmiſta; ego ad flagella paratus ſum. Greg. 7. Moral. cap. 8 exponit: *Quia enim viri Sancti m.entis ſuæ cor-*

ruptionis vulnus ſine putredine non eſſe conſiderant, libenter ſe ſub manum Medici ad ſectiones parant, vt aperto vulnere virus peccati exeat, quod ſana cute intus occidebat.

Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.

VT meorũ venia dignus reddar peccatorum, ſcio quid ſim facturus, ad te mi Domine accedam, tuæq; Dominati-

minationi æternæ cuncta mea aperiam ſcelera, tuque animã meam ſanabis. Cum tu ſis ille, qui ex iniquitate animas redimis. Confeſsio pro animæ impetranda ſanitate, remedium eſt vnicum, hiſq; à D. Auguſtino hom. 21. approbatur verbis: *Confitere tantummodo vulnus tuum, & ſanabit te Deus. Nam omnium peccatorum vulnera ſanantur per Confeſſionis medicinam.* In hanc eandem ſententiam conſpirant illa Origen. Homil. 13 verba: *Si reuelauerimus peccata noſtra non*

ſolùm

ſolùm Deo, ſed & his, qui poſſũt mederi vulneribus noſtris, atq́; peccatis, delebuntur peccata noſtra ab eo, qui ait: Ecce deleo, vt nubem iniquitates tuas, & ſicut caliginem peccata tua.

Inimici autem mei viuunt, & confirmati ſũt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderurt me iniquè.

PErſecutores mei fælicem viuentes vitam, ſæculiq; huius

huius fælicitate gaudentes ſu-
os in bonis ducunt dies, & ad-
uerſum me ſtabiles, ac firmi
exiſtunt, & quod deterius eſt
malignantium de die in diem
augetur numerus. At ego om-
nia mala hæc non admiror:
Venerunt enim iſta omnia ſu-
per me, quia peccaui tibi, per-
uerſiſsimèque egi. VndeTob.
c. 3. hui9 cōtriti vatis ſermoni
non contradicere videtur dū
dicit. *Quia non obediuimus prę-
ceptis tuis, ideo traditi ſumus in
direptionem, & captiuitatem,
& mortem, & in fabulam, &
in im-*

CONTRITVS.
*in improperium omnibus nati-
onibus.*

Qui retribuunt mala ꝓ bonis: detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatem.

DE Abſolone conqueritur Dauid in præſenti, qui malum pro bonis reddēs, id eſt amori paterno inuidia, atq; inſidiis obſiſtens, eum bonitatem ſequentem tanquam iniuſtum Regem, ac malum patrem calumniatur, odioque

maximo

Digitized by Google

maximo proſequitur. At dum in hoc verſamini ſæculo odio carere difficili negocio poteſtis, *& inimici hominis domeſtici eius* Mich. cap. 7. Et ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, nonne fuit Iudæis odioſus? verum enimuero beatus ille, qui odio habetur iniuſtè, & propter iuſtitiam aliqua affligitur perſecutione, huius enim eſt regnum cœlorum. Matt. Euang. cap. 5. teſtante, *& omnes qui piè in Chriſto Ieſu viuere volunt perſecutionem patientur.* Sic Apoſt. 2. ad Thym. cap. 3.

Pati-

CONTRITVS.

Patientia dilectiſsimi eſt vobis neceſſaria, vt præmiorum reportetis promiſsiones. Huic ſententiæ non diſcordant illæ D.Baſil. exhortationes ad filiū ſpiritualem: *Fili, patientiam arripe. Quia maxima virtus animæ, vt velociter ad ſublimitatem perfectionis poſſis aſcendere. Retributionem patientiæ tuæ ne quæras ab homine, vt in futuro poſſis accipere ab æterno Domino æternam retributionē. Patientia grandis eſt medella animæ, impatientia autē eſt pernicies cordis.*

Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me.

AD te magnanime Rex confugio; alium enim te potentiorem reperire ignoro *tu ſolus verba vitæ æternæ habes* (Ioan.cap.6) Noli ergo per immenſam, atque ineffabilem pietatem tuam me orphanum deſerere. Tot namq; reſiſtere perſecutoribus virtute propria non valeo, auxilium itaq; à te, qui cœlum, terramque condi-

condidiſti, præſtolor. Ne confundar Domine, quoniam inuocaui te. Diuinam ſemper implorate opem, vos nunquã derelinquit Deus, niſi prius ille deſeratur à vobis; & quam pulchrè veritas hęc ab illo magno ſacrarum literarum patre comprobetur, ipſum in ſerm. 88. de Tempore, attendite. *Hoc fideliter, & firmiter credat dilectio veſtra, Quia nunquam Deus deſerit hominem, niſi prius ab homine deſeratur.*

Intende in adiutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.

AD mea relaxanda facinora, benigniſsime Domine, moram noli interponere, & dum contra hoſtes meos præliari contendo, me tua potenti adiuua virtute, & cum tu ſis ille, qui ſalutem das Regibus, mihi quoque paupercu-lo, magna in ærumna verſanti, opitulari ne dedigneris, tuam humiliter, deprecor maieſta-

ieſtatem. quod niſi aſſequar, neſcio cuius fauor, & opera ſit amplius expetenda. *Iuſtum eſt pauperi auxiliari* ex 1. Rhetor. In hoc Pſalmo veſtrarum pœnitentiam agere iniquitatum, eaſdemq́ue confiteri, libentiq́; ac patiēti animo calamitates, cæteraſq́; huius peſsimi ſęculi miſerias perferre, & demum Diuinum inuocare omni tempore adiutorium, præmonemini. Scriptum eſt enim apud Ioelem cap. 2. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit*. Chriſtus quoq́ue abſque

exceptione ad ſe omnes inuitat, vt videre licet apud Matt. cap. 11. *venite* (declamat) *ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Quicunque ergo refici à Deo percupit, ipſius Dauidis ſtudeat ſectari veſtigia. Nam ſicut iſtius anima de venantium laqueo fuit erepta, veſtra pariter (Diuino fauente numine) eripietur. Et tandem aliquando regno in cœleſti innumeris remunerabitur donis.

Miſerere mei Deus &c.

ADulterio cum Berſabea perpetrato, Vriaq́ue perempto, contritus Rex, ſpem amantium credulam, & fallacem amorem eſſe cognoſcés, optimè in ſe reuerſus, horumq́ue duorum perpendens grauitatem delictorum, ſummo affectus mœrore, magnaq́ue pœnitentia ductus, nunc miſericordiam reuerenter à Diuina miſeratione ſubſequentibꝰ expoſtulat precibus.

DAVID.

Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

OMnium conditor, rerũque omnium Dominator, propter naturæ fragilitatem, & propter tuam bonitatẽ, meæ miſerere animæ. Alienum enim quid à tuo genere, non peto. Erraui, vt verum fatear, & ſicut ouis, quæ perijt, te Dominum, ac paſtorẽ meum amiſi, & tecum ſimul omnia perdidi, mala, quæ commiſi,

miſi, ſũt præ magnitudine inexplicabilia, ea tamen quoquo modo ſint tibi toto contrito confiteor corde, veræque pœnitentiæ ſpatium perquiro, & vt iſtud conſequi valeã, humiliter modò tuam ingentem imploro miſericordiam. Quæſo meas excipe preces, ne mea in obſcurum cadat anima, pereatq;. Tuæ enim Diuinæ polliceor maieſtati, me pœnitentiam toto tempore vitæ meæ, agere velle. Spiritu etenim Prophetico (exiſtimo ego) D. Lucæ cap. 13.
præui-

præuiderat ſententiam, *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis* Verba iſta, (fideles) nō ſunt à vobis obliuioni tradenda, *Quoniam peccata non ſolùm ſunt confitenda, ſed etiam pœnitentiæ auſteritate delenda*. Ita Greg. lib.6. cap. 15. In primum Reg.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Cum

CONTRITVS.

CVm ego ſim dignus odio, quâ fronte, quo animo, & quibus meritis miſericordiam tuam inquiro, atq; gratiam? mihi flagella & pœnæ debentur, & tuam expoſco miſerationem? Irritaui te Dominum, benefactorem maximum, & modò impudens tuũ perquiro adiutorium? Sed mi clementiſsime vniuerſorum Rex, cùm ſis benignus, præſtabiliſque ſuper malitia, ne inſpicias errores meos, ſed ſecundùm multitudinem, & numerum miſericordiarum tuarum

rum, quæ à ſæculo ſunt, cunctas mihi delere iniquitates ne dedigneris. Omnis peccator, qui corde contrito pœnitentis huius inſtar ad Deum confugerit, gratiam apud ipſum inueniet, miſericordiáq; ſuorũ recipiet erratorum. *Nullum enim ſpernit* (Aug. cap. 2. Medit. atteſtante) *neminẽ abijcit, neminem perhorreſcit, niſi fortè qui amens illum exhorruerit.* Et Leo Magnus epiſt. 91. ad Theodorum Foroiulienſem: *Qui in tempore neceſſitatis, & in periculo vrgentis inſtãtia præſidiũ*

pœni-

pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda. Quia miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire apud quem nullas patitur veniæ moras vera conuerſio; dicente ſpiritu Dei per Proph. Iſaiam 30. iuxta 70. Interpr. *Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris.*

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

PLaſmator omnium Deus quamuis in omnibus, & per omnia ſis admirabilis; Attamen admirabilior in pietate eſſe exiſtimaris, mei miſertus aſpice in me. Ecce ego peccator miſerrimus immundus ſũ & ſordidus, ſed ſi vis tua me potes lauare pietate, potes & meas mundare maculas, illasque penitus tollere, & auferre. Deprecari etiam vos oportet Chriſtum Dominum, vt ſicut mundauit & liberauit virum leproſum à lepra, ita vos à peccati lepra mundet, & lauet. Si

enim non lauerit vos, partem non habebitis ſecum, cùm ipſe dicat, dum Petro reſpõderet: *Si non lauero te, non habebis partem mecum*. Ioan. 13. Et ratio eſt, *Quia nihil coinquinatum*, (Apoc. 21.) *introibit in Regnum Dei.*

Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Scele-

SCelerum meorum agnoſcens grauitatem, iſtorum memoriam nunquam deponam, ſed ſemper tanquam in imagine depictum, ante oculos meos homicidium feram, & adulterium. Enormia namque peccata ſunt hæc, in crimen læſæ maieſtatis Diuinæ incidi, ſed mihi ſtatum meum peſsimum minimè ignoranti, tibiq; meam magnam præſẽtanti infirmitatem, veniam tribue mi clementiſsime Princeps, ad pœnitentiam enim non ſum turbatus, ſed benè

paratus. O fælicia peccata, quæ tantum habere meruêre pœnitentem: Hunc imitari toto animo nauate, vt vita veſtra imitatione ad virtutem rectius deducatur. Huc referri poſſunt illa Apoſtoli verba ad Hæbr. 13. *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem.*

Tibi ſoli peccaui &ma-
lum coram te feci: vt
iuſtificeris in ſermoni-
bus tuis, & vincas cùm
iudicaris.

Cùm tu ſis ille, qui es ven-
turus viuos iudicare, &
mortuos, cumque malorum
meorum nullum alium Iudicē
niſi te ſim habiturus, & quan-
do inter nos cauſæ fiet diſcuſ-
ſio, tu ſemper iuſtus, ac irre-
prehenſibilis iudex apparebis,
ego

ego autem reus, iniquus, facinoroſus, & in te benefactorem ingratus apparebo. Nunc pro tunc æternæ tuæ fateor dominationi me peccaſſe, impiè, & iniquè egiſſe, & grauiter demum deliquiſſe, quoniam mandatorum tuorum memoriam abieci, miſerationes tuas, & clementiam tuam, & viſcera tuæ miſericordiæ vitijs meis, & conſiliorũ meorum nequitia mihi præcluſi. Tu bonus, & optimus, at ego peior, ac peſsimus; tu lenis, at ego verberibus dignus, ſed indul-

ge mihi meam generalem facienti confeſsionem, ſimulq; dicenti: peccaui, mea culpa, mea maxima culpa. Deus cordis noſtri, & pars noſtra Deus in æternum, nos etiam miſeri, & infelices noſtris prauis te irritauimus operibus, nos quoque malum coram te fecimus, furorem tuum prouocauimus, iram tuam promeruimus, & indignationem, tuam Diuinam lęſimus maieſtatem, peccauimus, tu tamen paſſus es? ſi nos pœnitet parcis, ſi reuertimur ſuſcipis, inſuper ſi differi-

differimus præſtolaris. Reuoca ergo errantes, inuita repugnantes, noſque amplexare redeuntes.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.

HIc non arbitremini (Lectores) Dauidem ex adulterio conceptum eſſe, ſed cùm propter Adæ inobedientiam terreſtri in Paradiſo admiſſam ab eodemmet peccati

Originalis, omnis trahatur i-
niquitas, hæcq; omnes tranſ-
fuſa ſit in homines, ideo Va-
tes, vt Adæ filius, ſe in pecca-
tis natum fuiſſe affirmans vlu-
lat. Heu me vulnera vulneri-
bus inflixi. Quia ſcelera ſcele-
ribus adiungere non erubui,
recenti cicatrices labe reſperſi
Quia antiqua facinora nouis
reciprocaui ſceleribus, & quæ
cæleſtis ſolidauerat medicina,
mea reſoluit prurigo phrene-
tica. Ecce in peccatis totus vi-
xi, qui fui totus in peccatis na-
tus. Sed tu Domine, qui pius
es,

es, & clemens mei ingratiſsimi hominis miſericordiam habere ne moleſte feras. *Ne apponatis vos iniquitatem ſuper iniquitatem,* (D. Aug. admonēte cap. 3. Medit.) *nec curratis poſt vulnera dedignantes incolumes præcauere iacula.*

Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuę manifeſtaſti mihi.

DAVID.

QVia meorum tibi aperui veritatem delictorum, quæ profectò veritas à te adamatur; cùm tu ſis ipſamet veritas, hac de cauſa multa ſciētiæ; ac ſapientiæ tuæ Diuinæ arcana patefeciſti, meq; ſapientem reddidiſti. Beneficium hoc prægrande, hoc in loco commemoro, & erubeſco, quod tu ſummopere me dilexeris, ego tamen magnopere erga te ingratus extiterim. Fugite (fideles) ingratitudinis vitium. In iſto etenim peccata referantur multa. Vnde Pub.

Mimi

Mimi dictum extat: *Dixeris maledicta cuncta, ſi ingratum dixeris*. & Marci Tull. ad Att. 8. *In ingratitudinis vitio nihil mali non ineſt*.

Aſperges me Domine hyſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.

LIcet ab vtero ſic genitus ſim, & me in delictis conceperit mater mea, quid incuruus terræ hæreo, & totus in cæno ia-

no iaceo? Loquar ad Dominũ eiq; dicam humiliter: Rex æternæ gloriæ, qui omnem pulchritudinem habes, & omnis agri pulchritudo tecum eſt, transforma, & transfigura me, vt in nouam traſferar creaturam, vt à delictorum vetuſtate mundus, candidus, & purus efficiar. Splendor Paternæ gloriæ, qui ſuper Cherubim ſedens, abyſſos intueris. Ecce cor meum in abyſſo peccatorum ſtat coram te, diſcute tenebras eius, meamq́ue denigratam animam ſuper niuem

dealba,

dealba, vt amoris tui claritate plenius perfundatur. Peccator ſordide Dominum Deum, vt te ab omni emundet iniquitate puro deprecare corde. *Quod ſi fuerint peccata tua, vt coccinũ* (Iſaia inſinuãte c. 1.) *quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt.*

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.

DAVID

SVrdus peccator ego fui, qui nec te ipſum audire, nec tuis obedire præceptis volui, immò neglexi, malis verò totas præbui aures, ſed nunc læto animo me tuam audientem vocem redde, verboq; penetrabiliore omni gladio ancipiti, mearum aperi Domine penetralia aurium, vt tuam audiam vocem. Nil enim ſuauius, atq; iucundius meis poteris præſtare auribus, quam cùm te mihi veniam prębuiſſe ſignificaueris, tunc enim omnia mea præ lætitia exultabūt

interiora

interiora. Deſuper Domine voce intona grandi, ſonet mare, & plenitudo eius, commoueatur terra, & omnia quæ in eis ſunt, & fac me audire vocē quam reſonare ſūmo flagrabat ardore Cant. ſponſa cùm in cap. 2. ſponſum his demulceret verbis: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis;* & in cap. 8. *Fac me audire vocem tuam.*

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

A Gratiæ tuæ inope, peccatis verò diuite ne auertas oculos tuos propter iram, ſed benè vultum tum remouere (ne tantam peccatorum multitudinem videat, atq; turpitudinem) hoc à te obnixè expeto. Inſuper Chyrographum decreti, quod aduerſũ me eſt, id eſt illa facinora mea,

quæ

quæ tuo in Libro ſunt ſcripta, tua omnipotenti dele virtute, obliuioniq; omnia trade. Notate Dauidem non vnius, ſed omnium iniquitatum deletionem expoſcere. Et ratio eſt, Quia ſi vna ſupereſſet, hæc ad illum trahendum, ad æternã damnationem ſufficeret, iuxta illud D. Iacobi cap. 2. *Qui offendit in vno, factus eſt omnium reus*. Huic non diſcordat Eccl. cap. 9. inquiens: *Qui in vno peccauerit, multa bona perdet*.

Cor

Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

NOn cor nouum, non animam nouam, vt in me crees, perquiro: ſed meam priſtino fulgere candore animam, gratiamq́; illam, quam à ſuæ creationis principio, eidem benigne contuliſti, reſtituere pro viribus exoro. Et quia hucuſq; rerum tantum terrenarum delectatione fui captus

captus, da mihi impoſterum tui amorem ſanctum, & caſtum, qui me repleat, teneat, viſceraq; mea omnia poſsideat, vt vſq; ad extremum diē cœleſtium ſolum amore exardeam oblectationum, ſemperque in hoc tui amoris ſtatu, permaneam. Perſeuerantia in dilectione Dei (fratres) vobis eſt vſque ad mortem neceſſaria, vt ſaluemini. iuxta illud Matt. cap. 10. *Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.* Huic veritati congruunt illa etiam Apoſt. ad Galat. 6. *Bonū*

facientes non deficiamus. Tempore enim enim ſuo metemus non deficientes. Huc pariter referũtur ea Aug. ſerm. 8 ad fratres in Erem. ita loquentis: *O fratres mei, nõ tædeat incipere magna, nec faſtidiat tenere inchoata, ſcientes quod perſeuerantia informat meritum, colorat boni propoſitum, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad brauium, conducit ad portum. Hæc eſt robur virtutum, cauda hoſtię, quam tenemur reddere Deo, & offerre. Hæc eſt virtus, quæ Deum ligat; hæc eſt*

quæ omne bonum informat. Hæc eſt perſeuerantia, qua laureantur Martyres, qua Virgines coronantur, qua Sacerdotes ſublimantur, & Confeſſores.

Ne proijcias me à facie tua: & Spiritum ſanctũ tuum ne auferas à me.

NE me à conſpectu tuo eijcias, nec mecum ita crudeliter agas, ſed mihi benigne gratiam illam, quam peccando amiſi, reddere æquo feras animo: per æternam cle-

mentiam tuam abſque venia ne dimittas me. Quamuis verè ego commiſerim, vnde me condemnare poſſes, tu tamen non perdidiſti, vnde Saluare ſoles. Inſuper ne me tuo ſpiritu priuari permittas ſancto. Hoc etenim deficiente, nihil boni efficere valerem, cùm omnis ſufficientia mea à te, & non ab alio dependeat. Sufficientiam hanc diuinam, atq; dependentiam, gentium Doctor indicauit, quando Rom. in cap. 13. hoc modo collocutus eſt: *Omnis anima poteſta-*

tibus

tibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali cõfirma me.

QVia antequam peccarẽ, guſtaui ô bone Domine quàm ſis ſuauis timentibus te vitam iucundam, hilaremq; duxi, & hinc cecini: *Guſtate, & videte, quoniã ſuauis eſt Dominus, &c.* Modo cùm propter peccata, hanc amiſerim ſuauitatem pro recuperatione,

ne, æternam bonitatem tuam orationibus inculco, aiens: Pater miſericordiarum, totiuſq; conſolationis Deus, timore tuo confige carnes meas, quatenus minas metuendo euadam, illamq; priorem, qua perfruebar lætitiam, præſtare digneris mihi, & poſtquam eam aſſecutus fuero, ita me Spiritu tuo potenti, in ea corrobora, vt nunquam amplius eam perdam, ſed ſemper lætari, & gaudere in te libertatē habeam. *Nam vbi Spiritus Domini, ibi libertas.* 2. Corinth. 3.

Propo-

Propone in animo tuo (per dilecte) ſi virtutis cultor es ſemper in Domino gaudere, ſicut ad Philipp. 4. hortatur Apoſt. *Semper in Domino gaudete*, dicens. Nihil enim præter peccatum contriſtari poteſt iuſtum, vel eum cuius cor Dei amor, vel timor poſsidet. Et ſcias omnia mala potius augere iuſtis lætitiam animi, quàm minuere. In huius rei teſtimonium ecce Paulus, qui hoc exultans gaudio ad Coloſſ. c. 1. ſcribens, ait: *Nunc gaudeo in paſſionibus meis*. Et Iacobus A-

poſt. epiſt. 1. cap. 1. *Omne gaudium exiſtimate fratres, ſi in varias tentationes incideritis*; huius gaudij rationem reddens illud aureum os Chriſoſtomi Hom. 18 ita loquitur ad populum Antioch. *Deum ſicut oportet timens, & in ipſo confidens, voluptatis radicem lucratus eſt, & omnem habet lætitiæ fontem & ſicut in mare immenſum decidens exigua ſcintilla, facile deletur. Sic quantacunq; Deum timenti illidantur, velut in vaſtũ lætitiæ pelagus incidentia extinguuntur, atq; perduntur*

Docebo

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

POſtquam accepero, quod tibi in ſuperioribus manifeſtaui, ne erga te ingratus videar, & inhumanus, omnia miſericordiæ opera, pietatiſq; ſtudia ſectabor, miſeris ſuccurram, egenis ſubueniam, mœſtos conſolabor, oppreſſos releuabo, pauperes recreabo, peruerſos tandem inſtruam peccatores, vt itineribus

bus ſuis peſsimis derelictis, ad rectum mandatorum tuorũ iter percurrant, iuſsis tuis obtemperent, & omnino ad te conuertantur. Hæc equidem opera præclara ſunt, errantes corrigere, eoſq; in rectam deducere viam. Sed animaduertite (fideles) prius eſſe faciendum, deinde docendum, ſicut Rex facit iſte; Et ipſemet Dominus noſter Ieſus Chriſtus cœpit facere, & docere Act. 1. *Beatus ergo ille, qui prius fecerit, docueritq́; deinde, hic erit magnus in Regno cœlorum,* ex D. Matt.

Matth.teſtimonio cap. 5. Cum enim doctrina ſana firmatur exemplis & benefactis cõcurrit Deus gratia ſua, ita vt multi à ſua impietate ad pœnitentiam cunuertantur.

Libera me de ſãguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lĩgua mea iuſtitiã tuam.

PEr indulgẽtiſsima viſcera tua deprecor te (ſcio enim Vriæ ſanguinem ad te de terra contra me clamare) ſangui-

ſanguinis huius veniam mihi præbere: emendabo enim vitam meam, actus meliorabo, moreſq; componam, tolle tu de me qnod mihi nocet, & tibi non placet. Me mundare nullus auctoritatem habet, niſi tu ſolus. Deum ſolùm hanc mundandi poteſtatem habere, etiam Iob cognouit, quando in cap. 14. aiebat: *Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu, qui ſolus es?* Peccata ergo mea remitte mihi piiſsime Domine, quoniam præ gaudio mea exultabit

xultabit lingua, ideſt non tacebit iuſtitiam, atq; clementiam tuam, cunctis enarrare nationibus, debitaſq; tibi non omittet perſoluere laudes. Vobis pariter certa quotidie deſcribite tempora, quibus Deo gratias agere cõſueſcatis, maximè cum nulla hora ſit, nullum momentum, quo non vtamini Dei beneficio. *In Deo enim viuimus, mouemur, & ſumus.* Act. 17. Ea tempora his verbis deſcripſit Amb. in ſerm. 43. *qui eſt vtilis Chriſtianus ſeper debet Domino ſuo laudes dicere,*

cere, & in eius gloriam omnia procurare. Et Apoſt. 1 Corint. 10. *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite.* Ergo cũ in diluculo ſurgitis, debetis priuſquam procedatis è cubiculo, gratias agere Saluatori, & ante omnes actus ſæculi, actus habere pietatis erga ipſum, qui vos quieſcentes, & dormientes in lectulis cuſtodiuit; vt enim vos ſecuri dormiatis, ille peruigilat. Sed & cum veſpera diem claudit, ipſi debetis per Pſalterium laudem dicere,

&glo-

& gloriam eius modulata ſua-
uitate concinere. Hoc enim
non ſolùm docemini ratione,
ſed etiam admonemini exem-
plis. Nonne enim videtis mi-
nutiſsimas aues, cùm diē au-
rora producit in quibuſdam
nidorum cubiculis varia dul-
cedine perſonare vt Creatorē
ſuum (quia loquela non poſ-
ſunt) ſuauitate demulceant?
Aues propter viliſsimas eſcas,
gratias agunt: tu precioſiſsi-
mis epulis paſceris, & ingrat9
es? Imitare ergo frater aues
mane, & veſperi Creatori gra-
gratias

gratias referendo, & ſi es deuotior, imitare luſciniam, quę & nocturna ſpatia peruigili cantilena decurrit. Non ſim› muſcæ otioſæ ſuauiſsimum odorem vnguentorum, ideſt, virtutum deperdentes.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuā.

O Quantum dulciſsime Domine, à me miſero es benedicendus, laudandus, honorandus, & peramandus! Quia

Quia ſic me honoraſti, peramaſti, & ſublimaſti? Et tamē vſq; in præſentem diem in benedicendo, & laudando te, tibiq; debitas in rependendo grates mutus fui, osq; occluſū habui. Sed nunc meam diſſolue linguam, os patefac meum, vt impoſterum te laudare benedicere, tibique debitos conferre honores valeam, debitamq; gratitudinem perſoluam: Scio namque ingratitudinem nequaquam tibi placere. Ad confirmandam hanc veritatem poſſunt illa Diuini

verbi oracula apud Iſaiam I.
adduci, quibus de Iudæis Di-
uinum verbum ob ingratitu-
dinem conqueritur. *Filios e-
nutriui, & exaltaui, ipſi autem
ſpreuerunt me.* Et apud D. Lu-
cam cap. 17. ſimiliter quæritur
de nouem leproſis à ſe mun-
datis inquiens: *Decem munda-
ti ſunt, & nouem vbi ſunt? Non
eſt inuentus, qui rediret, & da-
ret gloriã Deo, niſi hic alienige-
na.* De hinc Bern. in ſer. 52. in
Cant. ingratitudinem defini-
niens, ait: *Ingratitudo inimica
eſt animæ exinanitio meritorum*

virtu-

virtutum diſperſio, beneficioru͂ perditio; Ingratitudo ventus vrens. Siccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ; Ideò noſter Vates contritus, vt tot ingratitudinis mala deuitaret olim in Pſal. 102. animam ſuam ad benedicendum Deum inuitabat dicens: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius.* Vos quoque hoc peſsimum fugite malum, & ſecundùm illud Apoſt. 1. ad Theſſ. cap. 5. *Gratias Deo agite in omnibus.* & ad ſummã grati-

titudinis perfectionem aſpirate. Sicut enim intentio recta valorem bonis operibus confert, ſic gratitudo ad maiora percipienda diſponit. Indignꝰ enim eſt dicendus, qui non agit gratias de datis.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtiq;: holocauſtis non delectaberis.

DEus, cui ſemper placuerunt contritorum corda pœnitentium, cor contritū

& af-

& afflictum placeat & meum, & hoc vnicum accepta ſacrificium; Præuideo namque alijs minimè te delectari ſacrificijs, & hæc ad mea expianda crimina non eſſent ſatis apta; Vnde acerbiora ſuſtinere decreui ſupplicia, vt in puniendo me iram tuam prohibeam. Interea ſuggere Domine, quid de te cogitem, doce me, quibus te ſermonibus inuocem, da quibus operibus tibi placeam. Quia aduena ego ſum apud te in terra, & tanquam peregrinus ad illam tuam cœ-

Ieſtem patriam omnibus Sanctis communem feſtino, petẽs pro huius commorationis inquinamento mihi peccata remitti priuſquam à vita diſcedam. Vos etiam malè agentes peregrini, & aduenæ, antequam è vita decedatis, veſtra remitti debita procurate ab illo, qui omnibus inuocantibus illum, peccata remittit. Sara teſtante Tob. 3. *In tempore tribulationis peccata dimittis his, qui inuocant te.*

Sacrifi-

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatũ Deus non deſpicies.

SCio vnum, quo tu placaris, & aliud quod nõ ſpernis. Eſt vtique tibi ſpiritus tribulatus ſacrificium, & cor cõtritum acceptas, & humiliatum ſacrificium ergo ſpiritus mei compuncti amantiſsime Domine ſuſcipe, & ſacrificium cordis mei præ peccatorum acerbitate maximè humiliati

miliati immò conſumpti propter tuam bonitatem ne ſpernas, ſed & ſpiritus, & cordis mei contritionem benignè recipias, & afflictionem. Præbete, & vos Domino Deo cor veſtrum humiliatum, & cõpunctum cum aſsiduè ad vos clamet, vt videre libet Prou: 23. *Præbe fili mi cor tuum mihi*; Quia vt ait D. Chryſoſt. lib. 2. de compunctione cordis. *Sacrifiaium ſola eſt cordis compũctio, quæ ſicut ignis omne animæ vitium perurit, & quantacunq; in ea reperit mala abſtergit vniuerſa*

uerſa, & penitus delet. Offerte ergo Deo veſtro animam, & cor veſtrum. Offerte oblationem ieiunij, vt ſit pura hoſtia, ſacrificiũ ſanctũ, viuens victi- quæ & vobis maneat, & data ſit Deo. Ait enĩ Ier. Cap. 33. *Non interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata. Exhibete ergo corpora veſtra* (obſecrat D. Paul. ad Rom. 12.) *hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequiũ veſtrũ.*

Benignè

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Syon, vt ædificentur muri Hieruſalem.

VT reſipiſcam à laqueis diaboli, à quo captiuus teneor, da mihi virtutem Domine, non ſecundum merita mea, ſed ſecundum tuam bonam voluntatem, quæ ſemper in bonum fertur (nec aliter ferri poteſt) *Deus enim malũ facere nequit* ex Boëtio lib. de Conſolat; fac ergo vt Ciuitas

Hie-

Hieruſalem, anima mea ſcilicet muris circummuniatur fortiſsimis, ne hoſtium meorum vllus in eam ingredi, ipſamque deuaſtare, atque perturbare ampliùs non valeat. Repara ergò æterne Pater animæ meæ ruinas, conſtitue, & confirma me in portu ſalutis, ne in hoc mundi mari magno ab iniquitatum ſubmergar tēpeſtatibus, ſed cum in freto vixerim, fac vt moriar in portu. Et verè mundus iſte eſt mare magnū, ſpacioſumq́;, in quo tot naufragia, quorum non eſt nume-

numerus huius maris naufragorum numerũ notauit ſummus Chriſti amator Paulus, qui dũ ſcriberet ad Corynth. Ep. 2. Cap. 11. inquit. *Ter virgis caſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, die, & nocte in profundo maris fui. In itineribus ſæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in Ciuitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus.* Quapropter (Chriſticolæ mei) magna animi fortitudo eſt vobis neceſ-

neceſſaria, loquor autem non tam de fortitudine ſpeciali, quæ numeratur inter quatuor virtutes Cardinales, quàm de generali in omni virtute requiſita. Docet ſi quidem Ariſtot.2. Ethicor. Cap.4. *Ad virtutem requiri firmiter, & immobiliter operari.* Quare non ſolùm, qua Chriſtiani, ſed etiam, qua homines ea virtute muniti eſſe debetis; Qua Chriſtiani quidem, quia profeſsio veſtra conſiſtit in aduerſis fortiter perferendis; *Regnum Cœlorum vim patitur* ait Chriſtus

Matt.

Matth. 11. *& violenti rapiunt illud; Et qui vult venire poſt me.* Matth. 16. *tollat crucem ſuam.* Qua homines verò eſtis, hoc animi robore quoque ornati eſſe debetis, quia & Philoſophi naturam ducem ſequuti illud in virtutum exercitatione poſtularunt, immò omnibus animantibus, etiam brutis duplicem appetitum ineſſe docuerunt; alterum concupiſcibilem, quo ferrentur in bonum naturæ ſuæ congruens; alterum iraſcibilem, quo contra hoſtem vi illata ſe tuerentur.

tur. Quantò magis homini rationis compoti congruit tale robur adeſſe cum periclitatur de ſalute? *Auida eſt periculi virtus*, (inquit Seneca. Lib. de Prouidentia) & *quò tendat, nõ quid paſſura ſit, cogitat, quoniã & quod paſſura eſt, gloriæ pars eſt. Militares viri gloriantur vulneribus, Calamitas virtutis occaſio eſt. Ignis aurum probat, miſeria fortes viros.* Quod ſi in omni virtute fortitudo hæc animi neceſſaria eſt, quantò magis in conſtantia, quæ nomen ſuum à fortitudine habet,

bet, & perſeuerantia, cum teſte Ambr. in Orat. de Satyro, & Proſpero lib. 1. Cap. 24. de vocatione gentium. *nihil aliud ſit perſeuerare, quàm tentationi non cedere.*

Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes, & holocauſta tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Cum

CONTRITVS.

CVm gratiam tuam habuero, tunc meas recipies oblationes, meaque tibi erunt grata ſacrificia, & alij pænitentes in portu ſalutis pariter conſtituti, laudis ſacrificio te venerabuntur, tibique ſuper altare ſacra offerrēt holocauſta, & reddent vitulos labiorum ſuorum. *Cultus Dei* (inquit Aug. in Lib. de ſpiritu, & Litera Cap. 11.) *In hoc maximè conſtitutus eſt, vt anima ei non ſit ingrata, vnde in ipſo veriſſimo, & ſingulari ſacrificio Domino Deo noſtro gratias agere*

gere admonemini; Nullum grati-arum actioni par bonum, (ex hom 1. Chryſoſt. ad populum Antioch.) *Magnus theſaurus gratiarum actio, magnæ diuitiæ, inconſumptum bonum, armatura fortis: Humanitatis exemplar* (inquit Ambr. lib. 1. Off. Cap. 31.) *ipſa terra ſuggerit, ſpõtaneos fructus miniſtrat, quos non ſeueris, multiplicatum quoque reddit quod acceperit*. Et quid alijs vtar exemplis? cum Dominus remunerationem vberiorem Sanctorum meritis in Euãg. D. Lucæ. 6. Pollicea-

tur,

atur, atque exhortetur, vt ope-remur bonum opus dicens. *Date, & dabitur vobis. mnſu-ram bonam, ſupereffluentē da-bunt in ſinum veſtrum.* Dic mi-hi, num ſi aliquid de tuo cui-cunque largiris, expectas vt ti-bi gratias agat, qui ſi forte gra-tias non agit, quemadmodum à te denotatur ingratus? Huc reſpiciens Seneca hanc protu-lit in lib. 4. de beneficijs cap. 18. ſententiam. *Per ſe fugienda res eſt, ingratum eſſe, quoniam nihil æquè concordiam humani gene-ris diſſociat, ac diſtrahit, quàm*

 hoc

hoc vitium. Ita ergo, & à te expectat, qui te paſcit Deus, vt pro præſtitis ab eo eſcis illi gratias referas, & ſatur donis ipſius, laudes eis dicas. Cæterùm ſi accipiens diuina munera tacitus, & immemor fueris, tanquã ingratus, eorum ſubminiſtratione fraudaberis. Diuinorum beneficiorum in vos collatorum magnitudinem, ac multitudinem diligenter perpendite, & illam cum Dauide depromite vocem in Pſal. 115. *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit*

mihi

mihi? Ex nihilo effecit, vt eſſetis produxit, dono rationis vos ornauit, inuētum artium ad vitā tuendam gratuitò contulit. E terræ viſceribus alimenta eduxit; in miniſterium dedit omnigenum pecus propter vos imbres, ſol, montana, campeſtriſq; regio pulchrè exculta. Propter vos amnes fluunt, promanant fōtium ſcatebræ, mare ad negotiandum naues admittit, è fodinis effodiuntur opes. At quid opus eſt hæc perſequi, Deus ipſe ſalutis veſtræ cauſa

inter homines conuerſatus eſt
VERBVM CARO FACTVM
EST, & in nobis habitauit. Sol
ipſe iuſtitiæ medius eorum
factus eſt, qui ſedent in tenebris,
vita ipſa uenit ad mortẽ,
mortem autẽ crucis, ob mortuos
reſurrexit, Spiritus ſancti
Chariſmata diſtribuit, multiplices
coronas promiſit, delicias
paradiſi, Regni cœleſtis
gloriam, & cætera quæ numerari
nequeunt. His de cauſis
ergo exclamate omnes: Quid
retribuemus Dño. pro omnibus
quæ retribuit nobis?

Domi-

Domine exaudi orationem meam, &c.

CVilibet Pœnitentiam agenti, Diuinaque ope indigenti, dum ſuas ad Dominum effundit preces, ſequens adaptatur Pſalmus, ſiue oratio Contritus ergo Vates ſũmâ captus triſtitia, vt afflictionum ſuarum conſolationem aſſequatur, & liberationem, ſubſequentem ad Diuinum tribunal habet deprecationẽ.

Domine exaudi orationem meã: & clamor meus ad te veniat.

O Potentiſsime Princeps, qui es potentior aquis quantumuis multis, immò & vaſtiſsimis fluctibus maris, altiſsima quæque poſsidens, meas etſi parum dignas ſuſcipe preces. Et clamor quem ex hoc magno peccatorum abyſſo, ante thronum miſericordię tuæ effundo, fac, vt ad tuas benigniſsimas quàm citius perueniat

ueniat aures, ne à ſcelerum meorum ſubmergar procellis. Ab iſtis enim aſsiduè anima mea in periculum adducitur, & capitur. Sed tu, qui Deus fortis es, ei fer auxilium, eãq; ſalua. *Captiuitas à te forti tollitur*, (inquit Iſaias cap. 49.) *& quod ablatum fuerit à robuſto ſaluabitur. Captiuitas iuſti recuperabitur: quia Deus iuſtus, & ſaluans eſt. Conuertimini ad illum, & ſalui eritis.* Confirmat hoc totum ipſe Deus per ſupracitatum Proph. cap. 45. *Conuertimini ad me* (ait) *& ſalui*

ſalui eriis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non eſt alius.

Non auertas faciem tuam à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

NE quæſo, dum vitam duco, ſereniſsimum illũ à me remoueas vultum (in quem ipſimet Angeli, ſummo deſiderij ardore inſpicere exoptant) inæſtimabili enim continuò excrucior dolore. Præterea tuas mihi præbe aures.

vt afflictiones me vndiq; circumdantes facile percipias, miſericorditerque me ab iſtis eripias; Tu ſolus es, qui vitam ſeu mortem dare potes, & ſub tua ditione vniuerſa ſunt poſita,, & qui tuæ poſsit reſiſtere voluntati, non reperitur quiſquam. Sed tuæ voluntatis eſt, conuerſio errantis, vt viuat. Me ergo errantem in peccatis mortuum ad te redeuntem conuerte, vt viuā. De te enim legitur apud Apoſt. ad Epheſ. cap 18. ſcribentem: *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij,*

& non

& non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat? Et apud Ezech. c. 33. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini à vis veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſraël?* Ne ergo morte afficiamini, (fratres) Conuertimini ad Deum in toto corde veſtro, Hoc enim modo vita viuetis æterna. & qui exaudiri in oratione deſiderat inſpiranti aurem non claudat.

CONTRITVS.

In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.

GEneralis omnium gubernator donec meas nõ exaudieris preces, tota die, noctuq́; ad te proclamare, tumq́; implorare patrocinium non ceſſabo. Cito igitur huic meo (ne nimis tibi ſim moleſtus) faue clamori, meæ năq́; miſeriæ, & infælicitates nullā patiuntur moram. Sic qui pec-

cato-

catorum infælicitate ſunt capti, ſalutem à Domino expoſtulare omni ſollicitudine tenentur, ne cum impijs, qui in peccato lethali hanc claudunt vitam ſempiternis apud inferos ardeant flammis ſine ſpe vlla ſalutis aliquando conſequendæ; in illo enim barathro nō datur redemptio vlla. Huc ſpectant ea Eccleſiaſt. cap. 14. *Apud inferos non eſt inuenire cibum, ideo ante obitum tuum operare iuſtitiam, & ante mortem iuſtifica animam tuam.* Iob etiam ad confirmandam

hanc

hanc veritatem ita loquitur in cap. 7. *ſicut conſumitur nubes, & pertranſit, ſic qui deſcenderit ad inferos non aſcendet, nec reuertetur vltra in domum ſuam, neque cognoſcet eum amplius locus eius.*

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei.

PRopter ſuberbiam, vanãque gloriam meã ad inſtar fumi dies, menſes, anni, cæteraq; tempora mea effluxêre, & iam deficere cœpit anima mea, ideò bone Domine

ne ſurge quàm citius, eique opitulare, & eam hac in neceſſitate protege. Reuera nil humana vita infelicius, fragilius, ac magis caducum eſt, quæ dum longa putatur (ſicuti opinantur illi, qui ſe ſempiternos eſſe arbitrantes in delictis perſeuerant) ſtatim annihilatur, & tanquam fumus euaneſcit. Et quanquam dici poſsit vniuerſaliter de omnibus viuentibus eorum dies euolare, atque euaneſcere, ſpecialiter tamen ad prauos ſpectare videtur, qui ſuos malis in operibus

bus

bus conſumpſêre dies, illos autem nequaquam conſumptos eſſe aſſerimus, qui bonis in operibus nauandis collocantur. Hoc totum perbellè confirmatur à D. Hieron: lib. 3. Comm: Dum exponit verba illa in Epiſt. ad Epheſ. Cap. 5. *Videte quomodo cautè ambuletis redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Qui ſapiens eſt*, inquit, *& idcircò cautè ambulat redimit tempus, tempus autem redimit quia dies mali ſunt. Quando in bono opere tempus conſumimus, emimus illud, &*

propriũ facim9 quod malitia hominum venditum fuerat. Nemo autem vitæ huius quærens neceſſaria, & de diuitiis, & ſollicitudinibus, quas Euang. ſpinas nuncupat poteſt ſibi tempus redimere. Redimentes autem tempus, quod in diebus malis eſt quodammodo immutamus illud, & dies malos in bonos vertimus, & facimus illos non præſentis ſæculi, ſed futuri. Denique in Caput 1. Aggæi Proph. *Stoici* (inquit) *dixerunt omne tempus eſſe correctionis. Omne enim tempus, in quo non virtutibus deſeruimus,*

ſed

ſed vitijs, perit, & quaſi non fuerit reputatur in nihilum.

Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

OMnia mala mecum porto; Quia omnes ſuper me irruêre dolores, & tanquam caro cremata, ſeu frixa mea contabuêre oſſa. Virtus quæ eſt animæ meæ robur aruit, & præ iniquitatum recordatione cremata eſt. Sed ego flector, non frangor, imò ſuperabundo gaudio in omni tribulatione; Nam hæc eſt

mihi conſolatio, vt poſtquam me dolore afflixeris, parces. Iniquorum anima ſemper in malis tabeſcit; vnde Ezech. cap. 33. *Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus.*

Percuſſus ſum vt fænũ, & aruit cor meũ; Quia oblitus ſum comedere panem meum.

NVnc interibo. Vulneratus enim, exſiccatus, aridus factus ſum, diuiſumq; eſt

eſt cor meum, quia verbum, & eloquium tuum reieci, præceptaque tua non cuſtodiui, nec leges ſeruaui, iſtæ erant eſcæ, quibus ego meam enutrire animam tenebar, & alere ſed eas obliuioni traditas contempſi, quamobrem non abſque ratione facta eſt arida. Nam ſicuti corpus terreno ſuſtentatur pane, ſic anima pane ciboq; cœleſti ita eget, vt ſine iſto ſalua exiſtere minimè queat. Vos autem dilectiſsimi mei, hunc cæleſtem ne obliuiſcamini panem, ſed ſæpè, ſæ-

pius ad menſam illius, qui eſt panis viuus, & cuius caro verè eſt cibus, accedite, ipſo acclamante: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Caro enim mea, verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Ioan. 6. Et in hac menſa non ſolùm Diuinam gratiam, ſed etiam ipſum gratiæ auctorem ſuſci-

ſuſcipitis. O res admirabilis, manducatis Dominum, & vnũ quid efficimini cũ illo, propterea ait Chriſoſt. hom. 61 ad pop. Antioch. *Dominus in Euchariſtia ſemetipſum nobis immiſcuit, & corpus ſuum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur tanquam corpus capiti coaptatum.* Non eſt alia natio profectò, quæ habeat Deos ſibi appropinquantes, ſicuti nobis eſt propinqu9 Deus noſter. Nulli propinquitas iſta præcluditur, omnibus patet, omnes admittit, omnes inui-

tat, egenos & ſeruos, Reges & exules, nec eligit Dominum, nec ſeruum refutat, ſed nudo homine (corde tamen mundo, & puro) eſt contenta.

A voce gemitus mei, adhæſit os meum carni meæ.

OB vehementem gemitũ & continuàs lachrymas meo ex corde amiſſas os coniunctum eſt carni meæ, ac infixum, & niſi conſolationes tuæ meam lætificauerint animam,

mam, adhuc maiori afficerer animi acerbitate. Ab iſto Rege præclaro (peccantes) veſtra gemere,, ac deflere addiſcite facinora, & pro æternis deinceps, non pro terrenis ſuſpirate, vlulateq;. Vim enim apud Deum habent maximam lachrymæ ex D. Chryſol. ſententia ſerm. 93. *O quanta vis in lachrymis peccatorum, rigant enim cœlum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione ſententiam.*

Similis

Similis factus ſum Pellicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio, vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

HEu me infælicē in quantam deueni miſeriam, animalibus comparatus ſum inſipientibus. Vt rectè intelligatis ſcire debetis, Pellicanum eſſe animal vitam libenter agens

gens ſolitariam. Diuinus vates huic fit conſimilis, quia afflictorum hominum propriũ eſt ſolitudinem quærere, ſeq; ab aliorum abducere conſuetudine, vnde de Seraphico Patre noſtro ſancto Franciſco legitur ipſum ſolitudinem hanc adamaſſe, atque mœrorem, loca enim quærebat amica mœroribus. Nycticorax, vel noctua (ſecundùm aliquos) eſt animal timidum, & nocte ſolummodo clamat: fit perſimilis pœnitens iſte, dum per ſingulas noctes ſtratum ſuum

Iachrymis rigat. Paſſer deniq; ſolitarius ſolus in tecto manens præ formidine vigilat, atque timore. Huic confertur contritus Pſaltes, qui dum vitam in ſolitudine duceret expectabat eum, qui ipſum ſaluum faceret. Sed ita dicamus nos illum Pellicano aſsimilari, qui in cubiculo clauſo oſtio orans ſuam diſciplinis affligit carnem. Eum autem nycticoraci conferri aſſeueramus, qui hominum deuitans conſortia corde humiliatus domi immoratur. Eum tandem paſſe-

ri

ri ſolitario ſimilem eſſe perhibemus, Qui ſæcularium operum tenebras abijciens, religioſam vitam agit. Concludamus ergo vitam ſolitariam eſſe ſummè laudabilem, noxias que reuera eſſe amicitias. Hăc fatetur D. Baſil. veritatĕ hom. 9. aiens: *Vt enim in peſtilentibus locis ſenſim attractus aer latentem corporibus morbum inijcit, ſic in conuerſatione maxima nobis mala hauriuntur, etiamſi ſtatim incommodum non ſentiătur.* Et Apoſt. 1. Corint. cap: 8. *Amicitia huius mundi, inimica eſt Deo.*

Tota

Tota die exprobrabãt mihi inimici mei; Et qui laudabant me aduerſum me iurabant.

COllegerunt inimici mei furorem ſuum in me, & comminantes mihi infremuerunt contra me dentibus, & qui anteà ore me commendabant, nunc aduerſum me peierant, & inſidias, vt à pænitentiæ propoſito me auertant, mihi præparare contendunt. Optimè igitur diximus in ſuperiori

periori verſu vitam ſolitariam non ſolùm laudabilem, ſed etiam vtilem eſſe, & prauam fugiendam eſſe ſocietatem. Quæ ſententia auctoritate D. Ambroſij lib. 1. Epiſt. 4. ad Iræneum, ſic corroboratur. *Noxiæ ſunt conuerſationes, & inficiunt ſobriam mentem; Quia ſicut adhærens ſancto ſanctus eris, ita cum peruerſo peruerſus eris. Diſciplina namque, & inſolentia ſibi ſunt contrariæ, & repugnantes, & in eodem ſubiecto ſimul, & ſemel exiſtere nequeunt. De natura enim contrariorum* (vt habe-

habetur ex 1. Metaph:) *eſt ſe mutuo expellere*. Et Boëtius in 3. de Conſolat. de familiaritate diſcurrens. Egregiā hanc (ad rem noſtram) pronunciauit ſententiam; *Nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quàm familiaris inimicus.*

Quia cinerem tanquā panem manducabam; Et potum meum cum fletu miſcebam.

ITa dolore crucior propter perpetrata, vt cum pane cinerem,

nerem, & cum vino fletum commiſceam, id eſt, ieiunare decreui, vt meæ apud te preces reddãtur efficaciores, prævideo enim ieiunium ad conſequendam tuam gratiã medium eſſe optimum, teq́; abſq; hoc difficilè peccatorum hominum preces exaudire, exiſtimo. Ieiunij efficaciam perpendens B. Cyprian: hæc in verba prorupit in ſerm. de ieiunio. *Quotquot viros virtutũ vidimus ſine ieiunio non legimus aſcendiſſe, nec aliquid magnum moliti ſunt, niſi prius abſtinentia*

præceſſiſſet; Quoties aliquid à Deo obtinere conati ſunt, ieiunijs incubuêre, & lachrymis, & pernoctantes in Orationibus, cilicijs carni hærentibus, ſupplices beneficia poſtularunt. Si vos peccatorũ veniam à Deo obtinere cupitis, ieiunium amplectamini, & abſtinẽtiã. *Quia ieiunium* (inquit Chryſol. ſerm. 32.) *eſt ſingulare ſanctitatis aratrum, colit corda, eradicat crimina, euellit delicta, vitia ſubruit, charitatem ſerit, copiam nutrit parat innocentiæ meſſem.* Et Greg. Hom. 34. in Euang. *Cogitan-*

gitandum, (inquit) *ſummoperè eſt vt quæ ſe illicita meminit cōmiſiſſe, à quibuſdam etiam licitis ſtudeat abſtinere quatenus per hoc conditori ſuo ſatisfaciat. & quia commiſit prohibita, ſibimet abſcindere debeat etiam conceſſa.* Abſtinentiâ (dilectiſsimi) ad illam cæleſtem peruenitur menſam dapibus non temporalibus corruptibilibus, ſed æternis incorruptibilibus repletam, atque exornatam.

A facie iræ & indignationis tuæ; Quia eleuans alliſiſti me.

EXaltaſti, & ſublimaſti me, & quaſi ſuper ventũ me poſuiſti: ego autem tuorũ oblitus beneficiorum, malum pro bono tibi rependens, te meis irritaui delictis, meritò ergò multis me circumdediſti tribulationibus, humilemque me reddidiſti. Hoc idem ſimiliter euenit illis, qui diuitijs abundantes, & honoribus, omnia

nia ſuæ adſcribunt virtuti, & Dei amorem, ac beneuolentiam erga ſe ipſos non recognoſcunt, non abſque ratione deinde magnas in ærumnas deueniunt. Contra iſtos ipſemet Dominus noſter Ieſus Chriſtus per os D. Lucæ cap. 6. hoc protulit iudicium; *væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram*; & Ambr. ſerm. 10. huius præallegatæ ſententiæ rationem reddẽs ait. *Quia ad imperium cælorum non peruenitur ſuperbia, neque diuitijs, ſed humilitate, pauperie, & le-*

nitate. Quiſquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri theſauris dilatatus tanquam onuſtum, & impeditum animal per anguſtũ Regni iter tranſire non poterit. Propter eà idem Euang. addit cap. 18. *Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt. Facilius eſt enim Camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in Regnũ Dei.* O delicijs affluentes hanc Euangelicam veſtris percipite auribus doctrinam.

CONTRITVS.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt; & ego ſicut fœnum arui.

ECce iam mei breues efflu-xêre anni, ſemitamque per quam non redibo, percur-ro. Scio quoniam morti trades me, quia tanquam fœnum abſq; cæleſtis gratiæ rore are-factus ſum, ſed hos ſaltem dies paucos ſic oſtende vt ad te ve-niam corde ſapienti; Videte (amãtiſsimi) quid vobis pro-ſit ſuperbia, ac diuitiarum o-

ſtentatio, cum dies veſtri velut vmbra prætereant. *Memoria veſtra*, clamat Iob. cap. 13. *comparabitur cineri, & redigētur in lutum ceruices veſtræ:* Et D. Aug. quid vobis dicat in ſententia 388. attendite. *Circūſpice eos, qui ante te ſimilibus honoribus, & ſplendoribus effulsêre, vbi ſunt quos ambiebant ciuium potentatus? vbi inſuperabiles Imperatores? vbi, qui conuentus diſponebant, & feſta? Vbi equorum ſplendidi inuectores? exercituum duces? Satrapæ? Tyranni? Non omnia puluis?*

non

non omnia fauillæ? non in paucis oſſibus eorum vitæ memoria eſt? Reſpice ſepulchra, & vide quis ſeruus, quis Dominus, quis pauper, quis diues? Diſcerne ſi potes vinctum à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaq; naturæ, non extollaris aliquando, ſi illi qui nil aliud cogitant niſi in agris, & fundis acquirendis, hanc ſæpè in memoria haberent ſententiam, propoſitum fortè mutarent; *Diuitijs vtendum* (inquit Seneca de moribus) *ſed non eſt eis abutendum.*

Tu

Tu autem Domine in æternum permanes, & memoriale tuũ in generatione, & generationem.

TErrena quæcunq;, mundanaq́; omnia vana ſũt, & mutabilia. Tu ſolus Dominus meus immutabilis es, æternusq́;, & in eodem ſemper permanes ſtatu, memorialeq; tuum, tua ſcilicet digitorum opera ita ſunt admiranda, vt ex animo meo tui memoria

vnquam

vnquam minimè cadere queat. Cum enim video operum tuorum pulchritudinem, magnitudinem, celſitudinem, ſitum, formam, te adoro, te benedico. Quia propter me hæc omnia tam pulchra, & admirabilia plaſmaſti: Tu quoque (Lector) cum iſta mirabilia Dei opera proſpicis, & tot intueris beneficia tibi collata, *omni tempore benedic Deum, maximasq́; ei* (vt docet Baſil: Hom. 5.) *refer gratias; accumbens menſæ ora,* (ait) *edens panem, largitori gratiam rependo.*

Tuni-

Tunicam induens, gratias age benigno donatori, qui commodũ tibi æſtate, hyemeq; tribuit veſtimentum. Diem peregiſti? refer- to gratiam illi, qui ſolem immeritis in miniſterium indulſit. Si in cælum, & eximiam ſyderum pulchritudinem aciem oculorũ defixeris ſupplica Domino, qui cuncta hæc in ſapientia condidit.

Tu exurgens miſereberis Syon, quia tempus miſerēdi eius, quia venit tempus.

Quan-

CONTRITVS.

QVando moriuntur virtutes, viuunt vitia, voluptas effluit, honeſtas perit, regnat confuſio, ſuccumbit ordo, proſternitur diſciplina, hæc omnia militarunt aduerſum me, hæc ſunt Sathanæ cohortes, & diaboli legiones, quæ me captiuum duxêre, hæc ſunt, quæ ego fragilis, & mortalis homo præcauere neglexi. Sed tu Domine exurge, & his expulſis, extinctas reſuſcita in me virtutes. Iam tempus eſt, vt mecum ſecundum infinitã miſerationem, ac bonitatem

nitatem tuam, miſericordiam agas. Ne moreris iã mihi miſerendi temporis aduenit occaſio. Ne in mortem deducas hominem, quem in vitam cõſtituiſti. Non enim ad puniendum me plaſmaſti, ſed vt bonus efficias me bonitatis tuæ participem, vt iuſtus autem peccantes punis. O fælix tempus quod conſtituiſti in quo recordaberis mei ſecundum magnam miſericordiam tuã: tempus in cuius plenitudine exurgẽs, laruam peccatorum ſumens, diſrumpes ligamenta ſcele-

ſcelerum meorum, tempus tuum & hora tua quando lotis pedibus animæ id eſt affectibus ſcribes tecum partem pænitenti animæ iam venit venit ſed nõdum aduenit. Veni Domine noli tardare, video hanc horam deſideratam & in meo mærore perfundor læticia expectãs ſalutare tuum futurum prædixit vates, præſens amplectere peccator ne tibi dicatur amplius tempus non erit.

Quoniam

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius; Et terræ eius miſerebuntur.

MAgnipotens Rex, in timore tibi ſeruientes, tribulationes, quibus tu illos viſitas libenti ferunt animo, cognoſcunt enim ſe ex terra eſſe formatos, & idcircò fragiles, & ad tuæ Diuinæ Maieſtatis offenſam procliues. Vt igitur tuam cõſequantur miſericordiam, prompti ad pænitẽdum reddun-

redduntur. Quod ego fuerim, & ad pænitentiam promptus ſim; tu ſcis improperium meum, quod ſuſtinui, & calamitatem, quam libentiſsimè in præſenti ſuffero, non ignoras. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas? Probaſti, tentaſti cor meum, adhuc proba, adhuc tenta, adhuc vre, & ſeca me. Quia ſecundum multitudinem afflictionum mearum, conſolationes tuæ ſemper lætificabunt animam meam. Quoties in aliqua magna verſamini ærum-

na, eam patienter ferte, vt pænitentiæ præſidio Dei clemētiam conſequamini, atq; miſericordiam, veſtraſq; in patientia poſsideatis animas. Hanc omnes ſancti nō ſolùm quotquot poſt Chriſtum fuêre, ſed etiam quotquot ab orbe condito floruêre, ſunt in primis patientiam ſectati. Ita refert B. Cypr: Lib. de Patient: *Inuenimus, & Patriarchas, & Prophetas, & iuſtos omnes, qui figuram Chriſti imagine præeunte portabant, nihil magis cuſtodiſſe in laude virtutū ſuarū, quàm*

qui

*qui patientiam forti, & ſtabili æquanimitate tenuerunt. Sic Abel (*Gen: 4.*) originem Martyrij, & paſſionem iuſti hominis initians primus, & dedicans aduerſus fratrem fratricidam non reſiſtit, nec reluctatur, ſed humilis, & mitis patienter occiditur; ſic Abraham (*Gen. 22.*) Deo credens, & radicem, ac fundamentum fidei primus inſtituens tentatus in filio, non dubitat, neque cunctatur, ſed præceptis Dei tota patientia deuotionis obſequitur. Et Iſaac ad hoſtiæ Dominicæ ſimilitudinem pręfigura-*

ius quando à patre immolandus offertur, patiens inuenitur. Tot deniq; Prophetæ interfecti, tot glorioſi Martyres glorioſis mortibus honorati, qui omnes ad cœleſtes coronas patientiæ laude, venerunt. Patientiam ergo ſectimini, vt ad illam cœleſtem introducamini beatitudinem.

Et timebunt gētes nomen tuum Domine: & omnes Reges terræ gloriam tuam.

QVia tremendum eſt, atque terribile nomen tuum (inuictiſsime Dux) nationes quæcunque hoc equidē reformidabunt, & omnes prę timore deficient gentes, gloriamque & maieſtatem tuam demirabuntur Imperatores, obſtupeſcent Reges, ego autē non mirabor: quia te ſolum Dominum, te ſolum altiſsimum, te aliquo nomine perfecto omnem perfectionem importantem, ſeu exprimentem innominabilē eſſe noui. Vnde rectè dixit Commenta-

tor in Lib. de Cauſis dum ait: *Deus eſt innominabilis aliquo nomine*. Hinc patet etiam optimè dixiſſe Ariſtotel. Phyſic. 4. *Deũ eſſe Ens, quo melius excogitari non poteſt*.

Quia edificauit Dominus Syon: & videbitur in gloria ſua.

EX lapidibus viuis, id eſt fidelibus populis, ſuam conſtruxit Deus Eccleſiam, & tunc in gloria ſua videbitur quan-

quando ad iudicandum venerit. *Tunc* (ait Lucas 21) *videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate.* Vel dicam? Dominum ædificaſſe, & paraſſe nobis Syon, illud regnum ſcilicet nobis à conſtitutione mundi paratum, in quo videbitur Deus ſicuti eſt, & ipſum facie ad faciem contemplabimur, *cum nunc videamus illum per ſpeculum in ænigmate.* dicit Apoſt. 1. Corint. cap. 13. & 2. Corint. cap. 5. ſubiungit: *Scimus enim quoniam ſi terrena*

domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domũ non manufactam, ſed æternam in cœlis. Ingemiſcite in hoc Chriſtiani (non contemplantes, quæ videntur, ſed quæ non vidẽtur, quæ enim videntur temporalia ſunt, quæ autem non vidẽtur æterna ſunt) vt cœleſtem hanc ſuperinduamini habitationem.

Reſpexit in orationem humilium & non ſpreuit preces eorum.

Quia

CONTRITVS.

QVia humillimo te exoraui corde, ideo meas non contẽpſiſti exorationes, ſed conuerſus me conſolatus es. Humilium corda, & orationes non ſpernit Deus: *Sed benè ſuperbis reſiſtit*, (ait Iacob. Apoſt. cap. 4.) *humilibus autẽ dat gratiam*. Propterea ait Eccleſ. cap. 4. *Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam*. Hoc totum comprobatur ab ipſo Deo dicente per Proph. Iſai: cap. 66. *Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu*

ſpiritu, & trementem ſermones meos? verum tamen humilitatem ſectemini, non quæ oſtenditur, & ſimulatur geſtu corporis, aut fracta voce verborũ, ſed quæ puro affectu cordis exprimitur. Reſiſtite diabolo (chariſsimi) ſubditi verò eſtote Deo, & ipſe veſtras non deſpiciet orationes. *Quia hæc dicit excelſus, & ſublimis* (Iſaias cap. 57.) *habitans æternitatem & ſanctum eſt nomen eius in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito, & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum.*

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum.

OMnia ſupradicta typis mandentur, ne in obliuionem cadant, vt poſteri cognoſcant, intelligantque nihil boni ſine humilitate fieri poſſe, cum ipſa ſit fundamentum totius ſanctitatis, & iſti hoc percipientes, Deo pro beneficio accepto cõtinuas decantabunt laudes. Quomodo de

humi-

humilitate loquatur D. Cypr. Serm. de Natiu. Chriſti, auſcultate, *Hic eſt primus religionis introitus, ſicut in mundum primus Chriſti ingreſſus, vt quicunq; piè vult viuere humiliter de ſe ſetiat, neq; ſupra ſe in mirabilibus ambulare præſumat. Fundamentum ſanctitatis ſemper fuit humilitas, nec in cœlo ſtare potuit ſuperba ſublimitas.* Enarate ergo iſta (quaſi dicat Sereniſsimus Rex) filijs veſtris, & filii veſtri filijs ſuis, & filij eorum generationi alteræ.

CONTRITVS.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cœlo in terrã aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interẽptorum.

QVi ponis humiles in ſublime, & mœrentes erigis ſoſpitate, de excelſo ſolio gloriæ tuę in terram inſpexiſti vt me humilem, ac mœrentẽ, ſcelerumque catenis conſtri-

ctum

ctum videres, meque timore tui gementem ad conſequendam tuam miſericordiam aſpirantem, intelligeres, meq; filium interemptum propter peccatum, mortiq; deſtinatũ liberares, quēadmodum ſunt etiam omnes illi, qui mortali obſtringunrur culpa. *Peccator enim* (ſecundùm Tertul. de fuga) *traditur diabolo quaſi carnifici in pœnam*. Si à Deo inſpici deſideratis, eſtote humiles, humiles enim ſunt Deo ſimiles. Baſil. in admonitione ad filium ſpiritualem atteſtante:

Vir

Vir humilis, Deo eſt ſimilis. De humilibus etiam fortaſsis intelligere voluit Cytharedus noſter, quando in Pſalmo 81. hæc in verba prorupit. *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes* (ſupple humiles)

Vt annũtient in Syon nomen Domini: & laudem eius in Hieruſalẽ.

POſt vinculorum abſolutionem tuum omnibus prædicabo nomen, dicamq́; te Deum ſolum fuiſſe, & eſſe meum

meum Patrem, protectorem, & liberatorem, ſigna & mirabilia in cœlo, & in terra facientem, & demum tuam cunctis populis enarrabo miſericordiam, hac enim tu, & non alio modo humani generis deles iniquitates, & omnia in miſericordia diſponis. Hinc Eſai. cap. 63. *Miſericordiam vult, & non ſacrificium.* Et Eccleſiaſt: cap. 16. *Secundùm miſericordiã ſuam, ſic correctio illius.* Vnde Sap. cap. 15. canebat: *Miſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus, quæ*

reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecundùm indulgentiam ſuam, & ſecundùm multitudinem miſericordiarum ſuarum, & factus eſt eis ſaluator in omni tribulatione eorum, nõ eſt tribulatus, & Angelus faciei eius ſaluabit eos, in dilectione ſua, & indulgentia ſua ipſe redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis dieb ſæculi.

DAVID

In conuertendo populos in vnum: & Reges vt ſeruiant Domino.

CVm populi in vnum fuerint congregati, morti videlicet deſtinati, & qui in compedibus erant vna cum Rege, cum capite Domino deſeruiant, eiq́; obedientiam, omneq́; præſtent obſequium, cum ille ſit Regum Rex, & Dominus omnium Dominatium. Nunc Reges intelligite *Seruite Domino in timore, & exulta-*

exultate ei cum tremore: (Pſal. 1.) Beata eſt hæc ſeruitus, quæ vobis ſempiternam generabit Dominationem. Nam ſicuti ex Boetij ſententia 3. de Conſ: *Nullum malum prætermiſſum, ita nullum bonum irremuneratũ.*

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

CVm adhuc in virtute in fortitudine id eſt, & robore ſim ad te Dñe mi Rex

metuẽde, benigne tamẽ, & clemens in pauperes, reclamabo, rogans te mihi illos paucos ſignificare dies velis, quibus in hac infælicitatum cõmorabor valle. Quæſo hoc breue tẽporis ſpatiũ indica mihi vt hoc agnito meis prouideam rebus. Quia vereor ne illa in me repentina ſuperueniat dies. Vnde Luc. 21 *Tanquam laqueus ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ.* Exoratione hac Propheta Regius dum ſanus, & fortis eſt, ſe pœnitentiam agere velle demonſtrat.

ſtrat. Optimè facit, quia neq; ſenectus, neque mortis temp9 ad veram pœnitentiam agendam, idoneum eſt. *Datur quidem* (dicit Auguſt ſerm. 57 de Tempore) *Etiam in extremis Pœnitentia, quia non poteſt denegari, ſed auctores tamen eſſe non poſſumus, quod qui ſic petierit mereatur abſolui; Quomodo enim pœnitentiam agere poſſit qui nulla tū pro ſe opera ſatisfactionis operari poteſt? Et ideo Pœnitentia, quæ ab infirmo petitur infirma eſt. Pœnitētia, quæ à moriente tantum petitur,*

tur, timeo ne ipſa moriatur. Pœnitentiam procraſtinantes intelligite, & quid etiam aſſerat ſuper hoc negotium. B. Iſid. lib: 2. de ſummo bono cap. 13 attendite: *Qui vult de remiſſione peccatorum ſecurus eſſe in hora mortis, faciat pœnitentiã cùm ſanus eſt, tunc iniquitatem ſuã plangat; Sed qui male vixit, & pœnitentiã in hora mortis agit, certũ eſt quod in sũmo verſetur periculo. Quẽadmodũ enim eius dãnatio eſt incerta, ſic ſalus illius eſt dubia. Multi nõ poſſunt cum nolunt quia cum potuerunt noluerunt.* Nere-

Ne reuoces me in dimi dio dierum meorum:

NE eo tempore facias me mori, quando adhuc putabo me victurum, vt pœnitentia poſsim peccata corrigere, atq; mortificare. Si enim hoc feceris inuentus in delictis meis eſſe deſiſtam, ſed numerum annorum, dierũq; meorum, quibus in hoc ſæculo me viuere decreuiſti, oſtende mihi, vt præparem me aduentui tuo, contemptoq; errore mortalium ad te corde ſa-

pienti pergere feſtinem. Emẽdationem vitæ, pœnitentiáq; fratres perdilecti nolite differre, ne in dimidio dierum veſtrorum ab eo, qui in manu vitam habet, & mortem, reuocemini. *Neſcitis enim* (admonet Greg. hom. 12. in Euã.) *quando de præſenti ſæculo exire debetis. Nam ſi hoc ſciretis aliud tempus voluptatibus, atq; aliud Pœnitentiæ aptare poſſetis. Sed qui pœnitenti veniam ſpopondit, peccanti diem craſtinum non promiſit. Semper ergo diem extremũ metuite, quẽ nunquã poteſtis præuidere.* In

In generatione, & generationem anni tui.

IN ſæcula ſæculorũ nõ tranſeunt tempora tua, neque, pertranſibunt, & hæc eſt æternitas, quæ tuiipſius eſt ſubſtãtia, mutabilitatis aliquid minimè patiens. Hinc 12. Metaph: *Deus eſt ſubſtantia æterna, & actus ſimplex mouens, ſicut intelligibile, appetibile, cauſa agens, & finalis totius vniuerſi, ſumma delectatio, & optima, & omnino immutabilis, in alterabilis, impaſſibilis, intranſmutabilis.* Hoc Philo-

Philoſophicum dictum corroboratur Iacobi auctoritate, in Epiſt. Canon. cap. 1 ſic: *Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Etiam D. Aug. Ariſtotelicæ ſententiæ non contradicens lib: 5. de Trinitate inquit *Nihil accidit Deo temporaliter.*

Initio tu Domine terram fundaſti: Et opera manuum tuarum ſunt cœli.

Cum

CONTRITVS.

CVm terra eſſet vacua, & tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi, tu magnanime Princeps in principio cœlum terram, & alia quæcunq; cõdidiſti, æternitate tua cuncta præcedis, tu dixiſti, & repente factum eſt, verbo oris tui, ſpirituq; ſtabiliti ſunt cæli, & quæ tibi placita fuêre omnia feciſti, tuarum manuum ſunt opera cuncta. Quare ipſemet Deus per Proph. Iſai. cap. 41. loquens dicit: *Quis hæc operatus eſt, & fecit vocans generationes ab exordio? Ego Dominus*

primus

primus, & nouiſſimus, ego ſum. Sed ego vt cum Boëtio 3. de Conſol. loquar, ſic aio: *Non eſt fas homini cunctas Diuini operis machinas, vel ingenio cōprehendere, vel ſermone explicare. Quia omnium operum Dei* (addit Eccl. cap. *8.*) *Nullam poteſt homo inuenire rationem, & quanto plus laborauerit ad quærendũ, tanto minus inueniet.*

Ipſi peribunt, tu autem permanes.

Super

Digitized by Google

CONTRITVS.

SVper omnia creata cadet mutatio, & in tempore viſitationis tuæ peribunt (Hierē. cap. 10.) Tu ſolus immutabilis es, & ſemper in æuum eris talis, ſicut nunc & abſq; mutatione vlla in æternum ſtabis. Hinc per Malach. cap. 3. *Ego Deus, & non mutor.* Et Hierem. cap. 10. *Ipſe eſt Deus viuens, & Rex ſempiternus.* Deinde exclamat: *Non eſt ſimilis tui Domine magnus es tu, & magnum nomē tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ô Rex gentium? ab indignatione eius commouebitur*

terra

terra, & non ſuſtinebunt gentes comminationem eius. Tu autem Domine corripe me: verum tamen in iudicio, & non in furore tuo. Sic etenim ad nihilũ redigeres me. Effunde indignationem tuam ſuper eum, qui non cognouit te, & ſuper illum, qui non inuocauit nomen tuum, ſed me, qui te ſingulis horis inuoco, ſalua. *Omnis* ſcribit Iochel cap. 2. *qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.*

CONTRITVS.

Et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

TAnquam veſtimentum, quod deſtruitur à tinea, conſumentur omnes, id eſt in pulueręm reuertentur. *Omnis enim caro* (Eccleſiaſt. 14.) *ſicut fœnum veteraſcet, quia dicit hæc Dominus* per Ier. cap. 10. *Ecce ego lōgè proiiciam habitatores terræ in hac vice, & tribulabo eos, ita vt non inueniantur.* Et in cap. 51. Iſaiæ Proph. clarioribus ſermo iſte corroboratur verbis, legitur enim ibi:

Sicut

Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea. Et in cap. 28. apud eundem. *Conſummationem enim, & abbreuiationẽ audiui à Domino Deo exercituũ ſuper vniuerſam terram.* Vos autem ne timeatis, ſed Dominum per Iſaiam in cap. 56. vos conſolantem, & præmonentem audite: *Qui cuſtodierint Sabbatha mea* (dicit Dominꝰ) *& elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, &*

filia-

filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit, & adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Si ergo in domũ Domini ingredi, atq; in montem eius ſanctum adduci deſideratis, Sabbatha eius, mandata Dei videlicet ſeruate: iuxta illud D. Matth. 10. præceptum: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Et Eccleſiaſt. cap. 8. *Qui cuſtodit præceptum, non experietur quicquam mali.*

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur.

MVndi huius figura præteribit, cœli ipſi innouabuntur, & tanquam coopertorium, vel pallium mutabis eos, & ſicut veſtitus completo vſu, qui ei ſtatutus fuerat inuoluitur, ita cœli meliore mutatione adueniente, trãſmutabuntur. *Leuate in cœlum*, (Iſaiæ cap. 51.) *oculos veſtros, & videte ſub terra deorſũ, quia*

cœli

cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut hæc veſtimentum atteretur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt. Et in cap. 50. *Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur, & tinea comedet eos. Qui habitant domos luteas* (inquit Iob. cap. 4.) *qui terrenum habent fundamentum conſumentur velut à tinea, de mane vſq; ad veſperam ſuccidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt*. Ne vos pereatis (chariſsimi) hæc intelligite.

Tu autẽ idem ipſe es, & anni tui non deficiẽt.

EGo temporum, annorumq; tuorum, nec principium, nec medium, nec finem, nec ordinem aliquem inuenio. Tu es qui es, futurorum præſcius, ſecretorum cõſcius, cogitationum iudex, mentium perſcrutator, & cum principio careas, & fine, dies, & menſes tui nunquam deerunt, ſed in æternum eris, qui nunc es, nulla ſuperueniente mutabilitate. *Nunquid neſcis* (

inquit Iſaias cap. 40.) *aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, & non deficiet, neq; laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius* Et Eccleſiaſt. cap. 18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul, & manet inuictus Rex in æternum. Quis ſufficiet enarrare opera illius? Quis inueſtigabit magnalia eius? Nõ eſt minuere, neq; addere, nec eſt inuenire magnalia Dei.*

Filij ſeruorum tuorũ habitabunt.

O Bone, atq; clementiſsime Princeps æterne, quamuis hæc immutabilis æternitatis duratio tibi ſoli ſit propria, tu tamen ob immenſam clementiam ſeruorum tuorum filios, Apoſtolorum videlicet illis facies cohæredes. Illi Apoſtolorum filij vocantur, qui ſunt per Euangelium geniti, & ſecundùm illud perambulantes Diuina cuſtodiũt mandata, iſti coram Chriſto in perpetuum adſtabunt, atq; permanebũt; iuxta illud Matt. 25. *Venite benedicti Patris mei,*

poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Vnde Aug. in cap. 15. Medit. exclamat: *O charitas, ô pietas, quis audiuit talia? quis ſuper tanta miſericordiæ viſcera non obſtupeſcat? quis non miretur? quis non collætetur propter nimiam charitatem, qua nos diligit Deus?* Hinc Eccleſiaſt. cap. 17. clamat etiam ipſe: *Quam magna miſericordia Domini, & propitiatio illius.*

Et ſemen eorum in ſæculum dirigetur.

NOn tantum modò filij, ſed ẽtiam iſtorum ſemẽ fælicitatis huius æternæ particeps erit, & coram Diuina eſſentia per cuncta ſæculorum ſæcula commorabitur. Reuera iſte Pſalmus in optimum deſinit finem, & quamuis iſte Rex tribulatus eſſet, & miſer omni ex parte; Dei tamen infinitam maieſtatem laudare nunquam prætermiſit, ſed ſẽper poſt lachrymas, & poſt pœnitentiam beatitudinis æternæ ſe participem fore, ſperauit. Ex his percipere licet ſi

ſeruo-

ſeruorum boni eritis filij, illorum ſcilicet, qui euangelizauerunt, à benigniſsimo Deo perpetuâ condecorabimini immortalitate, perpetuóque in illius conſpectu dirigemini. Viribus ergo totis ea, quæ hoc in cantu continentur exequi, operibuſq; adimplere non negligatis. *Ad præmia enim* (inquit Greg. Hom. 37. in Euan.) *non poteſtis peruenire, niſi per magnos labores.* Et Hieron. Epiſt. 13. ad Paulinum: *Nihil ſine magno labore vita dedit mortalibus.* Mentem igitur ve-

ſtram delectet magnitudo præmiorum,& non deterreat vos certamen laborũ, vt poſtquam è vita migraueritis, tanquam optimi Apoſtolorum filij, illam laboris æternam mercedem conſequi valeatis.

De profundis, &c.

INclamat Princeps iſte contritus, ac mærens, vt ait D. Aug. ſub ponderibus,& fluctibus iniquiuatum ſuarum. Circumſpexit ſe, circumſpexit vitam ſuam, vidit illam vndiquè flagitijs,& facinoribus cooper-

coopertam; Quacunque reſpexit, nihil in ſe bonum inuenit, nihil illi iuſtitiæ ſerenum potuit occurrere. Et cum tanta, & tam multa peccata vndique, & cateruas ſcelerum ſuorum videret, ad Deum vociferatur, ipſumque ſequentibus exorat precibus.

De profundis clamaui ad te Dòmine: Domine exaudi vocem meã.

HEu miſer quomodo in profundũ puteum maris

ris cecidi, omnes gurgites, &
fluctus ſuper me tranſierunt,
abyſſus vallauit me, pelagus
operuit caput meum, iniqui-
tatũ tẽpeſtas me quaſi plum-
bum in aquis vehementibus
demerſit; ideò in fundo, & in
ventre inferi poſitus procla-
mo, depone Domine iniqui-
tates meas & demerge non
me in profundum æquoris,
ſed cuncta facinora mea; No-
ta eſt enim circa malos boni-
tas tua, tuam etiam impij con-
fitentur pietatem, tuam cla-
mant exteri miſericordiam.
Tu

Tu ergo clementiſsime Dominator, cui virtutes ſeruiunt, tibique obtemperant vniuerſa, mei contriti, tuam humiliter miſericordiam expoſcētis clamorem exaudire, ne dedigneris, tuos poſsidere ſeruos non debet vis malorum, maliſque ſubiacere non decet eos. Eia ergo mitiſsime vniuerſorum Rector, me de hoc ſcelerum profundo erue quàm citiùs. Adhuc enim eſt aliqua ſpes peccatori etiamſi in iniquitatum profundo ſit poſitus. Ita teſtatur Ezechiel cap. 18. dicens

Cum

Cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, ipſe animam ſuam viuificabit, conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas; Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum, & quare moriemini Domus Iſrael? quia nolo mortem morientis dicit Dominus Deus; reuertimini, & viuite. Et Micheas cap. 7. *Miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras, & pro-*

& proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Hæc ad vos in facinorum pelago immerſi.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

IN vocem querimoniarum mearum tuæ fiant intentæ aures, mearum miſerarum precum vocibus illas tuas benignas ne occludas aures, in profundo enim, procul videlicet à tua gratia ſum, quare maxima

xima egeo attentione, vt meæ petitiones, clamores, lamentationesq́; æquis à te ſuſcipiantur auribus. Audi, & propter temetipſum inclina Deus meus aurem tuam, aperi oculos tuos, meamq́; aſpice deſolationem. Peccaui, & verè deliqui; nunc verò de lapſu doleo, omnemq́; prauam peccandi voluntatem depoſui. Tu ergo tantùm me tuam facere voluntatem inſtrue, mea etenim vti deinceps nequaquam volo. Quia hac te offendi, & animaduerti ſolam propriam voluntа-

luntatem noſtri primi parentis protoplaſti fontem, atq; radicem fuiſſe primi peccati originalis, in totam humanam transfuſi poſteritatem, & in nobis ſingulis omnium peccatorum actualium tàm lethalium, quàm venialium eſſe cauſam; Vnam petij à te Domine fac vt hanc requiram, vt ſciã ſcilicet voluntatẽ tuam, quoniam in voluntate tua, vita mea. Ex hoc Dei voluntatem potius quàm veſtram exercere præmonemini, & huc illa Apoſtoli verba ad Rom. 12. re-

ſpiciunt: *Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.*

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

SI cunctas iniquitates meas exactè, ſtrictéq; diſcutere, eaſdemq; toto rigore punire volueris noxias, quis hoc grãde perferre valebit iudicium? Certiſsime nullus. *Nulli mortalium*

talium (præclamat Baſil. in Pſalm. 33.) *tolerabile Chriſti iudicium, in quo quidem præſidet Iudex in ſublimi throno. Aſtabit porrò omnis creatura ad eius aduentum contremiſcens. Eo ſinguli ſiſtentur examinandi de his, quæ geſſerint in viuis, eos autem qui multa perperam in vita admiſerunt horrendi quidam circumſtabunt Angeli ignem exſpirantes, & vultum nocti ſimilẽ, præferentes præ hominum mœrore, atq; odio. Deinde conſpicient barathrum, ignemq; obſcurũ luce deſtitutum. Inde vecmes in-*

numerabiles, venenoſos, & carniuoros sẽper eſitantes, nunquã ſaturos, & intolerabiles dolores morſu infligentes. Poſtremo omnium duriſſimam pœnam, probrum illud, & confuſionem ſempiternam. Hæc timete, & eiuſmodi timore eruditi, quaſi fręno quopiam animum veſtrũ ad vitia procliuem cohibere.

Quia apud te propitiatio eſt.

MI Domine inueniſti, iã in quo propitieris, ſalus mea in manu tua eſt, tu ipſe ſolus

Ius mihi opitulari facultatem habes, meumq; quodcunque à tuo potētiſsimo brachio dependet adiutorium, & qui me de iuſto iudicio tuo eruere poteſtatem habeat, nemo reperitur. Vnde in Oſea. cap. 5. *Ego ego capiam, & vadam, tollã, & non eſt qui eruat.* In tua miſeratione ô iuſtiſsime Iudex meam omnem collocaui ſpem, ne pereã in interitum, ſed viuens lucem videam, rogo. Vos pariter in Deo, & non in alio ſpem veſtram collocate peccantes, *filius enim hominis (*

ex D. Luc. cap. 9) *non venit animas veſtras perdere, ſed ſaluare.* Conſiderate ſolummodò interdum quid iſtud nomen Chriſtiani requirat, & vos quales exiſtatis operibus veſtris perpendite, excutite animum, moueat vos timor Dei, qui nullum facinus ſinit eſſe impunitum, moueat vos damnatio animæ niſi reſipiſcatis, alia leuiora ſunt, & ad tempus duratura, animæ iactura eſt immortalis, quæ niſi vos corrigatis, cum reliquis damnatis æterno igni erit perpetuo crucianda.

Et

Et propter legem tuã ſuſtinui te Domine.

QVamuis hactenus tuæ fuerim immemor legis, & à præceptorum tuorum ſemita aberrauerim, nunc tamẽ ad mandata tua incumbere propoſui, te ſuſtinui, ſalutem videlicet à te expectans, vt denique ab omni eripiar cruciatu; Hocq; non ob opera mea rectè geſta (ſordidiſsimus etenim peccator extiti) ſed ob immenſam illam tuam miſericordiã expoſco, atq; requi-

ro, & hoc in me confer gratiæ, vt vltionem rigoroſam contra me minimè cogites, ſed cùm repletus ſit vniuerſ9 orbis miſericordiâ tuâ, hac me ſimiliter imbue, mihiq; ſecundùm iſtam, omnem à malis elargire libertatem.

Suſtinuit anima mea in verbo eius.

QVia pœnitentiam agentibus cœleſtis regni poſſeſsionem pollicitus es, ſciens ego te fraudem facere neſcire, verbumq; tuum fallere nõ

poſſe

poſſe(*es enim tale ens*, ex Phyſic: 4. *quo melius excogitari non poteſt*) propterea labores non paucos, tribulatiónesq; permultas propter verbum tuum patienti, & hilari ſuſtuli animo, vt tandem aliquando hãc beatitudinis æternæ aſſequar promiſsionem. *Per multas tribulationes* (Apoſt. Act. 14. annuente) *oportet introire in regnum Dei.* & Seneca ſcribens ad Lucillum, ait: *Nemo eſt dignus Deo, niſi qui opus Dei implet.* Sed opus Dei (ſub infero) eſt mala pro illius amore,

æquo

æquo animo perferre, ergo ſi vultis ad cœlorum ingredi regna, hoc adimplere opus, vos oportet.

Sperauit anima mea in Domino.

QVicquid mali cõtingat mihi, ſi anima mea in alio nullo præter te ſpem ſuam aliquando collocauerit, non confundetur: Nam qui ſpem ſuam in te ponit, decipi vnquã minimè poteſt. Et nemo fruſtra tuam Diuinam implorauit opem, ſed omnibus puro

corde

corde te inuocantibus ſubueniſti. Hinc Eccleſiaſt. cap. 24. *In me omnis ſpes vitæ, & virtutis*. Et D. Paulus ad Rom. ſcribens cap. 8. *Spe ſalui facti ſumus, ſpes autem quæ videtur, nõ eſt ſpes. Quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. Spes ad futura tendit, fides ad promiſſa transmittit, cûm res venerint, aduenerint & promiſſa, ſpes deſinit, fides ceſſat.*

A cu-

A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in Domino.

A Mane vſque ad noctem tuam pone Iſrael in Domino ſpem, non quod in Deo ſperes vna die tantùm, ſed vſq; ad noctem, ideſt quoad vita hæc derelinquitur, & in occaſu mundi nox totius humani perueniat generis. *Iſrael quid Dominus Deꝰ petit à te?* (Deut. cap. 10.) *niſi vt timeas Dominũ, & ambules in vijs eius, & diligas*

gas eum? Hoc ſermone in Deo Ter. Opt: Max: ſolùm omnibus diebus vitæ veſtræ ſpem ponere inſtruimini, in ipſo enim eſt ſalus omnis,& ille vnicus ab omnibus miſerijs vos eruere omnimodam habet authoritatem vnde Ierem. cap.3. *Iſrael vere in Domino Deo noſtro ſalus. Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras; Quia (vt legitur* 1.Reg. cap. 10. *inſiliet in vos ſpiritus Domini, & mutabimini in viros alios.*

Quia

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

CVm tu ſis fõs miſericordia, & clementia perpetuò abundans, & maior ſit miſeratio tua, quàm totius humani generis peruerſitâs, & vbi eſt clementia tua, ibi etiam eſt redemptio multa, ideò auertatur à me ira tua, & furor tuus Domine non irruat ſuper me, qui iam delictorum pæniteo.

teo. *Quem enim pœnitet peccaſſe, pœnæ eſt innocens*, ita Seneca: ſcelerum veſtrorum pæniteat vos etiam, Deiq; benignitatem humiliter aduocate, & ſicut ceruus ad riuos aquarum percurrit, vos pariter ad Deum verum, & viuum fõtem accedere properate. Si enim biberitis aquam illam, quam ipſe dabit vobis, in æternum non ſitietis. *Sed fiet in vobis fons aquæ ſalientis in vitam æternam*. Ioan. cap. 4.

Et

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

ECce præmium, ſi pœnitentiam egero, eaque opera dereliquero, quæ antea me ſic prouocauerunt, vt in Diuinæ Maieſtatis odium incurrerem, etſi per mandatorũ Dei ſemitas perambulauerim, ſtatim ab omnibus redimar ærumnis, atq; miſerijs. Itaque peccatores ne metuatis, at corde recto, animoq; puro ad

piiſsi-

piiſsimum Dei tribunal accedite, vbiq; enim illius clementiæ magnitudo diffuſa eſt, omneq́; genus humanum ſaluum fieri deſiderat. Vos duntaxat bonorum hominum cogitationes ſuſcipite, nolite voſmetipſos amplius fallere, abiicite onus conſciẽtiæ, quod vos dies, noctesque torquet, & vexat, nullum enim eſt tormentorum grauius maleficorum conſciẽtia, redite ad meliorem vitam, & incipite tandem ſapere, & nouiſsima prouidere vel in extrema ætate,

ad Dominum veſtrum, qui creauit vos reuertentes, hoc etenim modo ipſum promptiſſimum adignoſcendum vobis procul dubio reperietis ipſo Diuino oraculo dicente per Ezechielem cap. 33. *Cùm receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq́, iudicium, & iuſtitiā vita viuet, Recogitemus etiam nos omnes eum* (vt monet Apoſt. Hæbr. 12.) *qui talem, ac tātam ſuſtinuit à peccatoribus contradictionem, vt ne fatigemur animis noſtris deficientes, ſed curramus ad propoſitum nobis certamen*

mẽ aſpicientes in auctorem fidei, atq; in illius miſericordia confidentes, nunquam à bono opere ceſſemus; ſed fide, ac bonis operibus muniti ad illum confugiamus, cui miſereri, & parcere ſemper fuit proprium.

Domine exaudi orationem meam, &c.

REgius peccator totus cõtritus, ſuorumq; grauiũ non immemor delictorum, Deum apprecari non ceſſat. Sciebat enim, optimèq; noue-

rat orationẽ apud Altiſsimum magnam habere efficaciam. *Oratio* ex D. Aug. *effuſa in terra, operatur in cœlo, & velut fidelis nuncius mãdatum peragit, & penetrat quo caro non peruenit.* Et D. Chriſoſt. lib. de orãdo Deum: *Quis enim iuſtorũ* (inquit) *non orando pugnauit? Quis hoſtem non orando deuicit?* Agnoſcens itaq; Sereniſsimus Vates, ſe Deum propter perpetrata ſcelera, habere aduerſarium, ipſum infraſcripta oratione viribus totis deuincere, atq; placare contendit, inquiens. Domine

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationẽ meam, in veritate tua, exaudi me, in tua iuſtitia.

AD te mi maximæ potentiæ Princeps, in his meis calamitatibus profugio, te etiam atq; etiam rogans, vt meis te præbeas facilem precibus, ne patiaris quæſo, meas irritas eſſe voces, atq, inanes, pre-

rat orationẽ apud Altiſsimum magnam habere efficaciam. *Oratio* ex D. Aug. *effuſa in terra, operatur in cœlo, & velut fidelis nuncius mãdatum peragit, & penetrat quo caro non peruenit.* Et D. Chriſoſt. lib. de orãdo Deum: *Quis enim iuſtorũ* (inquit) *non orando pugnauit? Quis hoſtem non orando deuicit?* Agnoſcens itaq; Sereniſsimus Vates, ſe Deum propter perpetrata ſcelera, habere aduerſarium, ipſum infraſcripta oratione viribus totis deuincere, atq; placare contendit, inquiens.

Domine

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationẽ meam, in veritate tua, exaudi me, in tua iuſtitia.

AD te mi maximæ potentiæ Princeps, in his meis calamitatibus profugio, te etiam atq; etiam rogans, vt meis te præbeas facilem precibus, ne patiaris quæſo, meas irritas eſſe voces, atq, inanes, pre-

cibus enim cum alio agere
prorſus ignoro, cùm vitæ æternæ habeas tu ſolus, & penes te omnis poteſtas ſit, rerumq; omnium dominatus. Pateant ergo tuæ meis obſecrationibus aures, vt rectè meum percipiant clamorem, intelligantq; me grauiſsimis deprimi malis. Pro ingenti bonitate tua, mihi in afflictione verſanti, ſuccurre, & in tua iuſtitia, ſecundùm quam pœnitentibus, ſeq; accuſantibus delictorum ſuorum veniam benigne elargiris, exaudi me.

CONTRITVS.

Si veſtris flectere Deum precibus peroptatis in ipſius iuſtitia gloriemini, læteminiq́;, & ipſum exorare nullo vnquam tempore prætermittatis. *Oratio enim* (ſecundùm Caſsiodorum ſuper Pſalmos) *ſerenat cor, abſtrahit à terrenis, mundat à vitijs, ſubleuat ad cœleſtia, reddit capacem, & dignum ad accipienda bona ſpiritualia.* Si iſtorum ergo bonorum vos tenet deſiderium, orationi ſēper vacate.

Et non intres in iudicium cũ ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuẽs

QVid faciam miſer, cùm Deus ad iudicandum, ſurrexerit? & cùm quæſierit quid reſpondebo illi? & ſi ſtrictè vitam, meoſq; examinare voluerit mores, & nihil boni me egiſſe compererit, quid ego infælix homo faciam? quo ibo? fugam forſan arripiam? nequaquam: per eſſentiameni

vel

vel potentiam, vel præſẽtiam vbique reperitur. Quis non horreat ad hoc iudicium? in quo non ſolùm opera, ſed etiã cogitationes ad ſeueriſsimum examen vocabuntur? Vnde Ioel cap 2. *Magnus enim dies Domini, & terribilis valde & quis ſuſtinebit eum?* Sed benigniſsime cœli, ac terræ Plaſmator, ſecundùm mea, ne me iudices acta, age mecum ſecũdum illam tuam æternam pietatem, quâ miſeros ſubleuare ſoles: quia viuentium nullus ſi tuæ comparabitur iuſtitiæ, iu-
ſtus

ſtus poterit apparere. *Omnis homo mendax*, Et Eccleſiaſt. c. 7. *Non eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Et quamuis opere aliquis in peccatum non labatur aliquando tamen peruerſa cogitatione labi poteſt. Omniũ namque mortalium animum tentationes vexant. Deus ſola eſt, in quem nullum cadere poteſt peccatum, & in cuius conſpectu aſtra ipſa non ſunt munda, & cùm ita res ſe habeant, ad tuam ſummam clementiam (cuius ſummê indigeo)

geo) me confero. Magna etenim eſt erga illos, qui conuertuntur ad te. Idcirco Eccleſ. cap. 12. exclamauit: *Quàm magna miſericordia Domini, & propitiatio illius, cõuertentibus ad ſe. Conuertimini ergo*(vt Ioel cap. 2. vos inuitat) *ad Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ.*

Quia perſecutus eſt inimicus animam meã: humiliauit in terra vitã meam.

HOſtis enim meus infernalis, terribilibus me intuitus eſt oculis, & quamuis omnium fidelium animas odio habeat: meam tamen particulari proſecut9 eſt odio, deflectens illam à cœleſtibus ad terrena, & cùm hæc miſercula iſta aliquantulum perdilexerit inferiora ob dilectionē hanc, demiſsionem, abiectionemq; multam perpeſſa eſt vita mea, & idcirco valdè humiliata. Hinc Aug. hunc mundanum exagerans amorem in ſerm. 149. de Tempore ſic ait,

imò

imò clamat: *O infælicitas generis humani amarus eſt mundus, & diligitur, putas ſi dulcis eſſet, qualiter amaretur? turbator eſt, & amatur? quid ſi trãquillus eſſet mundus? flores eius quomodo colligeres, qui à ſpinis non reuocas manum.* Derelinquite fratres mundana hæc, deſerite terrena, *& quæ ſurſum ſunt quęrite, & ſapite: quæ verò ſunt ſuper terram, nec quærite, nec ſapite.* Coloſſ. 3.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi.

Ita

ITa in obſcuris vitiorum tenebris iaceo, ac ſi ſæculo mortuus eſſẽ, qui multa obrutꝰ humo, in tenebroſis detinetur ſepulchris. Proprietas peccati hæc eſt in calamitatũ, malorumq; omnium obſcuritatibus miſeros collocare peccatores, itaq; omnes illi, qui in peccatis vitam ducunt, ſunt velut mortui in tenebris. De his Iſai: cap. 50. *Qui ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis; ambulate in lumine ignis veſtri, & in* flam-

flammis, quas ſuccendiſtis, in doloribus dormietis. Hinc D. Anſ. has peccati tenebras conſiderans aiebat. *Si hinc peccati horrorem, inde inferni, dolorē corporaliter cernerē, & neceſſariò vni eorum immergi deberē; prius infernum, quàm peccatum appeterem.* Etiam Philoſoph: Princeps, quamuis ethnicus, hanc peccati obſcuritatem animo reuoluens, iſtam lib: 3. Ethic: promulgauit ſententiam: *Melius eſt mori, quàm facere aliquid contra bonum virtutis.*

Et

ITa in obſcuris vitiorum tenebris iaceo, ac ſi ſæculo mortuus eſſẽ, qui multa obrut9 humo, in tenebroſis detinetur ſepulchris. Proprietas peccati hæc eſt in calamitatũ, malorumq; omnium obſcuritatibus miſeros collocare peccatores, itaq; omnes illi, qui in peccatis vitam ducunt, ſunt velut mortui in tenebris. De his Iſai: cap. 50. *Qui ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis; ambulate in lumine ignis veſtri, & in* flam-

flammis, quas ſuccendiſtis, in doloribus dormietis. Hinc D. Anſ. has peccati tenebras conſiderans aiebat. *Si hinc peccati horrorem, inde inferni, dolorẽ corporaliter cernerẽ, & neceſſariò vni eorum immergi deberẽ; prius infernum, quàm peccatum appeterem.* Etiam Philoſoph: Princeps, quamuis ethnicus, hanc peccati obſcuritatem animo reuoluens, iſtam lib: 3. Ethic: promulgauit ſententiam: *Melius eſt mori, quàm facere aliquid contra bonum virtutis.*

Et

Et ãxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

COr, & caro mea, nimio præ dolore defecerunt, totuſq; peſsimo elãgueo morbo, & huius languedinis cauſa eſt perpetratorum ſcelerum erga te Deum, ac Dominum meum in me præcipuum benefactorem, recordatio. Reuera hæc eſt afflictio magna. *Nam inter omnes tribulationes animæ* (teſtatur Aug. in Pſal: 45.)

45.) nulla maior eſt tribulatio, quàm conſcientia delictorum. Sed peccatores mei apud D. Hieron: in Ioëlem cap. 1.) habetis remedium: *Qui peccator eſt*, inquit, *& quem remordet propria conſcientia, cilicio accingatur, plangat delicta, & ingrediatur Eccleſiam, de qua propter peccata fuerat egreſſus, & cubet, vel dormiat in ſacco, vt præteritas delicias, per quas offenderat Deum, vitæ auſteritate compenſet.* Hæc agite, & ſic veſter non exagitabitur ſpiritus, neq; amplius cor pertur-

babitur veſtrum. *Pœnitentia enim* (ſecundùm Chriſoſt. Homil.5.) *eſt medicamentum, peccatum extinguens, donum cœlitùs datum, virtus admirabilis, gratia vim legum ſuperans.*

Memor fui dierum antiquorum: meditatus ſum in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.

DE diebus illis antiquis, anniſq; æternis animo meo aſsidua hæret cogitatio, & in huius antiquitatis cogitatione immorans, omnia opera tua eſſe ita mirabilia animaduerti, vt nullus alius præter te hæc ex nihilo creare ſicut tu creaſti, poteſtatem habuerit, & in horum ex nihilo compoſitorum admiratione verſans, tua ſumma bonitate te propter me cuncta creaſſe reperij, quare ſpem bonam ſuſcepi fore, vt ſicut admiranda hæc ob amorem meum pro-

creare non es dedignatus, ita à quibus afficior ærũnis, me eripere, & ſaluũ facere nequaquã moleſtè feres. A te ô Princeps æterne ſalutẽ expecto. *Sciens quia ego Dominus* (ſcriptũ eſt apud Iſai. c. 49) ſuper quo non cõfundẽtur qui expectant eũ.

Expandi manus meas ad te anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Væ mihi, quia defecit anima mea propter commiſſa mala, quare ad te ſummum bonum ſuper omnem

Sub-

ſubſtantiam, omnemq́; naturam, quem cuncta petunt cũ ſis plenæ perfectionis, & ad quem anima mea peruenire maximo flagrat ardore, manus meas porrexi, tetēdi, quia præ peccatorum ardore anima ſicut terra præ ſolis calore arefacta ſitit, auiditate omni a te potũ expectat, *qui* (ex primo Cæli) *Es anima mundi*. Ei igitur roris tuæ gratiæ potum præbere te quam ſtudioſè poſſum, rogo, aliter enim fructum in tempore ſuo dare nequibit, ſed in terra ſitis, & imagine

mortis peribit. Hinc Ezech: cap. 18. *Anima, quæ peccauerit ipſa morietur in terra inuia & inaquoſa.*

Velociter exaudi me Domine defecit ſpiritus meus.

DEus, cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur, qui portant orbẽ. Ecce ego præ iniquitatum mearum pondere curuus ad te manum meam leuo, aufer à me virgam tuam, & pauor tuus non

us non me terreat,ſed curſu veloci in ſpiritus mei adiutorium præcurre. Precibus meis Regum Potentiſsime Rex aures præſtare ne moreris. Eſt enim periculum in mora,cum in extremis peccatum me iam laborare faciat. Ad rem nunc exclamat Chryſol in ſerm. 10. *Peccatum*, (inquit,) *ô crudelis fera, & non vno capite in hominum genus ſæuire contenta: quam videmus trino ore tota humanæ ſtyrpis germina tam pretioſa deuorantem: trino ore fratres peccatum capit: mors deuorat: de-*

*glutit Infernus; fonte lachryma-
um talis nobis planè deflendus eſt
parens, qui nos tantarum miſe-
riarum reliquit hæredes, qui non
ſolùm collata bona perdidit, ſed
omnes poſteros ſuos tàm feris
creditoribus obnoxios ſic reli-
quit? O dura hæreditas, ac cru-
delis; ô miſeri, quibus nec adipi-
ſci libuit, nec renunciare licuit
nos hæredes.*

Non auertas faciẽ tuã
à me, & ſimilis ero de-
ſcẽdentibus in lacum.

Homo

CONTRITVS.

HOmo nimis infælix ego ſum, ſed tu dominator vitæ meæ oculis tuis multò lucidioribus ſole circumſpice me, & illum ſereniſsimum vultum, in quem Angeli proſpicere ſummoperè deſiderãt, à me remouere noli, ſi enim illũ à me abſtraxeris, in obſcurum profectò incidam lacum, & in profundam deſcendam abyſſum, ſuccurre ergo, & à me tuam ne abſcõdas faciem, quia moriar. Ille in tenebroſum lacum incidere videtur, qui à Deo Diuina priuatur facie,

cie,

cie, ab iſta etenim omnis lux vera ortum habet, *& omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat* Ioan. cap. 1. *& non eſt lux extra illam* (Aug. in ſoliloquio 33. & 34.) *Lumen verum, lumen ſanctum, lumen admirabile, ô lux quæ ſemper luces, & nunquam obfuſcaris illumina me; ô vtinam arderem ex te; væ cæcis oculis, qui te non vident, nequeunt enim oculi aſſueti tenebris illos ſplendidiſſimos intueri radios, nec ſciunt de lumine aliquid æſtimare, quorum eſt in tenebris habitatio. Miſeri tenebras vi-*

dent,

dent, tenebras diligunt magis quàm lucem, & de tenebris euntes in tenebras neſciunt vbi corruant. Miſeri, qui neſciunt quid amittant, & miſeriores vtique, qui ſciunt quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & deſcendũt in infernum viuentes. Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

Auditam fac mihi mane miſericordiam tuã, quia in te ſperaui.

PEccaui peccata grandia, & iſtorum ſum mihi cō-ſcius delictorum, nec proptereà deſpero, quoniam vbi abundauerunt facinora, ibi ſuperabundabit gratia, quoniā eos, qui ſperant in te ſaluos facis, ergo me qui in te ſemper fiduciam habui, celeriter fac, vt te mihi ignouiſſe, mecumq; miſericordiam feciſſe, intelligam; A nullo alio vnquam niſi à te præſidium expectaui, & opem, tu es ſumma ſpes mea; in te meum omne refugium locaui, & alium non quæram

Adiutorem, nec te inuocare ceſsabo, niſi poſt huius miſerrimi ſæculi finem, quando in iuſtitia apparebo conſpectui tuo, & gratiâ, & gloriâ tuâ repletus, Diuinam intuebor faciem tuam, & ſatietur deſiderium meum. Vnde in 2. Sent. legitur: *Naturam humanam ordinatam ad beatitudinem ſupernaturalem nunquam quieſcere, donec quieſcat in illa.*

Notam

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

MAgnipotens Domine, fac vt tantum ſtudeam impoſterum ad benè agēdum, quantum ſtudui hactenus ad peccandum; illuſtra oculos meos, vt tua melius obſeruem præcepta, ſquammas caliginis antiquæ aufer tuæ illuminationis radio, ô inacceſsibilis ſplendor, vt per viam manda-

torum

torum tuorum illuminatus, per eorum ſemitas directus, & per eorum obſeruantiam iuſtificatus tramite recto ad te omnium naufragium timentium portum ſalutis peruenire valeam. Non enim vanitati mundanæ, ſed maieſtati tuæ Diuinæ meā dicaui animam. O quando veniam, & apparebo Domine ante faciem tuam? Quid eſt quod me detinet? *Heu mihi* (Pſalm. 116.) *quia incolatus meus prolongatus eſt*. Et nunc quæ eſt expectatio mea? Nonne tu Domine Deus meus?

us?

us? Vnde Apoſt. Philip. 3. *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritati ſuæ.* Expectamus Dominum quando reuertatur à nuptijs, vt nos ad ſuas perducat nuptias. Veni ergo Domine, & noli tardare.

Eripe me de inimicis meis ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

CONTRITVS.

TVâ Diuinâ poteſtate, ac miſericordiâ, ab inimicorum tētationibus tuere me: nam viribus meis hoſtium tētationes euitare, ac ſuperare non valeo. Protege me quæſo ſub alarum tuarum vmbra, quia inimici mei cōtra me dētibus infrementes, & quaſi gygantes irruentes in me, meum conuulnerauêre corpꝰ, & ſingulis horis, ac momentis conſurgunt aduerſum me, vt de manibus tuis meam auferant animam. Et cùm ego in terra viuentium alium Protecto-

rem, & defenſorem non habeam, ad te, qui es in cœlis teſtis meus, & conſcius meus in excelſis confugio, in te eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra, tu ſolus ab inimicis meis furibundis eruere me abſolutam, plenariamq; habes poteſtatem. *Ego, ego ſum* (ait ipſemet Deus per Iſaiam Proph. cap. 43.) *Dominus, & non eſt abſq; me Saluator.* Inſuper Diuino tuo numine inſtrue me, vt ſecundùm voluntatem tuã ambulem, voluntatique tuæ pareăm, propriam enim volũ-
tatem

tatem non inſequar amplius, hac enim ſum tui inimicus cõſtitutus, & propter hanc nunc me punis, & nil aliud odio habes, niſi voluntatem propriã. Huic Dauidicæ loquelæ correſpondet illa S. Bernard. ſententia in ſerm. 3. de Reſurrect. *Quid enim odit, aut punit Deus præter propriam voluntatem?* Bonitatem ergo, diſciplinam, & ſcientiam doce me, vt dignè tuæ obtemperem voluntati. Fratres abnegate etiam vos voluntatem veſtram, & quærentes voluntatem illius, qui

deſcendit de cælo,non vt faceret voluntatem ſuam, ſed eius qui miſerat illum, huius volũtatem amplectamini, & huic parete. *Quod ſi filius* (inquit B. Cypr. ſerm. 6 in explanatione Orationis Dominicæ) *obaudiuit vt faceret voluntntem Patris, quanto magis ſeruus obaudire debet, vt faciat Dei voluntatem?* Et deinde concludit. *Qui fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, quomodo & Deus manet in ęternũ.* Qui in æternum manere vultis, Dei, qui æternus eſt, voluntatem face-

facere debetis. Fratres (clamat Iſaias Abbas orat. 23. de Perfectione) *aperiẽdi ſunt mẽtis oculi, vt nos ipſi cognoſcamus ſciamusq́, Dei inimicũ cõſtitui, qui propriam ſequitur volũtatẽ.*

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuũ Domine viuificabis me in æquitate tua.

CVm in te vno omnia haberẽ, te à me nunquam

debuiſſem dimittere, hoc ſanè non me latet, ſed peruerſus ſpiritus meus in inuio, & non in via protraxit me, erraui, perij; nunc verò me errantem quære, & ſancto tuo reduc me ſpiritu in viam rectam, quia adhuc tuorum non ſum prorſus oblitus mandatorum. Da mihi ergo conſolationem tuam cæleſtem, & meam peccatricem ne ſpernas animam, ſed in ea ſcribe voluntatem tuam, & iuſtificationes tuas, vt te immenſæ dulcedinis Dominum, & præcepta tua, ſemper

per

per & vbiq; habeam præ oculis meis. Propter nomen tuum Domine, quod ſæpius inuocaui, & quod in vniuerſa terra eſt tam admirabile, vide, inſpice afflictionem meam, & iuſtitia, & æquitate viuifica illum, qui in iniquitatibus conceptus, in peccatis eſt mortuus. *Anima enim, quæ peccauerit,* (Ezech: cap. 18.) *ipſa morietur, & peccatum cum conſummatũ fuerit generat mortem.*

Educes de tribulatione animã meã, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

POſtquam te muneribus placauero, forſitan propitiaberis mihi (*Munus enim abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam.* Prou: 21.) viuificabis me, de anguſtijs ſcilicet meam educes animam, vnde mala deinceps non verebitur quia à te per multam tuam cõmiſe-

miſerationem inimici deſtruentur omnes, bellumq; aduerſus eam gerere non audebunt amplius. *Ecce ego interficiam omnes(* Sophon. cap. 3 *) qui afflixerunt te in tempore illo, abſtulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos Rex Iſrael, Dominus in medio tui, non timebis malum vltra.* Et hũc peroptatum exitum aſſequetur, hancq; obtinebit fęlicitatem anima mea, non quia tanto ſit digna bono, ſed propter innatam charitaẽt tuam, quæ verè cum peccatoribus eſt ſumma,

& me-

us? Vnde Apoſt. Philip. 3. *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritati ſuæ.* Expectamus Dominum quando reuertatur à nuptijs, vt nos ad ſuas perducat nuptias. Veni ergo Domine, & noli tardare.

Eripe me de inimicis meis ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

CONTRITVS.

TVâ Diuinâ poteſtate, ac miſericordiâ, ab inimicorum tētationibus tuere me: nam viribus meis hoſtium tētationes euitare, ac ſuperare non valeo. Protege me quæſo ſub alarum tuarum vmbra, quia inimici mei cōtra me dētibus infrementes, & quaſi gygantes irruentes in me, meum conuulnerauêre corp9, & ſingulis horis, ac momentis conſurgunt aduerſum me, vt de manibus tuis meam auferant animam. Et cùm ego in terra viuentium alium Protecto-

rem, & defenſorem non habeam, ad te, qui es in cœlis teſtis meus, & conſcius meus in excelſis confugio, in te eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra, tu ſolus ab inimicis meis furibundis eruere me abſolutam, plenariamq; habes poteſtatem. *Ego, ego ſum* (ait ipſemet Deus per Iſaiam Proph. cap. 43.) *Dominus, & non eſt abſq; me Saluator.* Inſuper Diuino tuo numine inſtrue me, vt ſecundùm voluntatem tuã ambulem, voluntatique tuæ paream, propriam enim volũ-

tatem

tatem non inſequar amplius, hac enim ſum tui inimicus cõſtitutus, & propter hanc nunc me punis, & nil aliud odio habes, niſi voluntatem propriã. Huic Dauidicæ loquelæ correſpondet illa S. Bernard. ſententia in ſerm. 3. de Reſurrect. *Quid enim odit, aut punit Deus præter propriam voluntatem?* Bonitatem ergo, diſciplinam, & ſcientiam doce me, vt dignè tuæ obtemperem voluntati. Fratres abnegate etiam vos voluntatem veſtram, & quærentes voluntatem illius, qui

deſcendit de cælo, non vt faceret voluntatem ſuam, ſed eius qui miſerat illum, huius volũtatem amplectamini, & huic parete. *Quod ſi filius* (inquit B. Cypr. ſerm. 6 in explanatione Orationis Dominicæ) *obaudiuit vt faceret voluntntem Patris, quanto magis ſeruus obaudire debet, vt faciat Dei voluntatem?* Et deinde concludit. *Qui fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, quomodo & Deus manet in ęternũ.* Qui in æternum manere vultis, Dei, qui æternus eſt, voluntatem face-

facere debetis. Fratres (clamat Iſaias Abbas orat. 23. de Perfectione) *aperiẽdi ſunt mẽtis oculi, vt nos ipſi cognoſcamus ſciamusq́ Dei inimicũ cõſtitui, qui propriam ſequitur volũtatẽ.*

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuũ Domine viuificabis me in æquitate tua.

CVm in te vno omnia haberẽ, te à me nunquam

debuiſſem dimittere, hoc ſanè non me latet, ſed peruerſus ſpiritus meus in inuio, & non in via protraxit me, erraui, perij; nunc verò me errantem quære, & ſancto tuo reduc me ſpiritu in viam rectam, quia adhuc tuorum non ſum prorſus oblitus mandatorum. Da mihi ergo conſolationem tuam cæleſtem, & meam peccatricem ne ſpernas animam, ſed in ea ſcribe voluntatem tuam, & iuſtificationes tuas, vt te immenſæ dulcedinis Dominum, & præcepta tua, ſem-
per

per & vbiq; habeam præ oculis meis. Propter nomen tuum Domine, quod ſæpius inuocaui, & quod in vniuerſa terra eſt tam admirabile, vide, inſpice afflictionem meam, & iuſtitia, & æquitate viuifica illum, qui in iniquitatibus conceptus, in peccatis eſt mortuus. *Anima enim, quæ peccauerit,* (Ezech: cap. 18.) *ipſa morietur, & peccatum cum conſummatũ fuerit generat mortem.*

Educes de tribulatione animã meã, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

POſtquam te muneribus placauero, forſitan propitiaberis mihi (*Munus enim abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam.* Prou: 21.) viuificabis me, de anguſtijs ſcilicet meam educes animam, vnde mala deinceps non verebitur quia à te per multam tuam cõmiſe-

miſerationem inimici deſtruentur omnes, bellumq́; aduerſus eam gerere non audebunt amplius. *Ecce ego interficiam omnes* (Sophon. cap. 3) *qui afflixerunt te in tempore illo, abſtulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos Rex Iſrael, Dominus in medio tui, non timebis malum vltra*. Et hũc peroptatum exitum aſſequetur, hancq́; obtinebit fęlicitatem anima mea, non quia tanto ſit digna bono, ſed propter innatam charitaēt tuam, quæ verè cum peccatoribus eſt ſumma,

& me-

& melius eſt incidere in manus tuas, multæ enim miſericordiæ tuæ ſunt ex 2. Reg. cap. 24.

Et perdes omnes, qui tribulãt animam meã.

ANimæ meæ inſidiantes, moleſtijſq; pluribus eam afficientes, exterminabis, & adnihilum rediges eos. Huic non diſcordant illa verba Ier: in cap. 29 regiſtrata: *Ecce mittam in eos gladium & famem, & peſtem, & perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia, & dabo eos in vexationē*

vniuerſis

vniuerſis Regnis terræ, in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibyllum, & in opprobrium. Suorum vlciſcitur Deus iniurias ſeruorum. Dirigite vos tãtum cogitationes veſtras ſemper in bonum, & inuocate illum per clamantem: *Mihi vindictam, & ego retribuam.*

Quoniam ego ſeruus tuus ſum.

MI ſuauiſsime Domine, me tuum in perpetuum eſſe velle ſeruum humillimũ, concludo, nilq; ſuauius, atq; dulcius

dulcius, quàm iuſſa adimplere tua, tuiſq; obedire, atq; inhærere mãdatis reperiri nõ poſſe, aſseuero, iſtis ergo in poſterum ſubiacere iuro, ſtatuo, & promitto. Interea tu tremẽdæ maieſtatis Rex, meæ moleſtiam patienti animæ præſto ſis, meq; tanto intellectu adorna, vt tibi rectè famuler, & deinceps à fæda illa peccandi conſuetudine abſtineam, nec ad vomitum aliquando redeam. Vos quoq;, ſi veſtras cupitis preces non auerſis a Deo audiri auribus, hunc Regem

contritum imitari ſtudete, qui non ſolùm Deo preces effudit, & promiſsiones, verùmetiam cum fide, factiſq; egregijs orationem coniunxit. Opera cũ oratione etiam vos coniungite, pœnitẽtiam agite, omnẽq; Dei offẽſionem effugere procurate. *Ne ſitis hîc negligentes chariſſimi mei* (admonet B. Ephrem.tom.1. in 2.Domini aduentum) *vt non per infinita ſæcula poſtmodum pœnitentiam agere cogamini, vbi nihil proderunt lachrymæ, ac gemitus vbi non erit amplius vlla pœnitẽtia.*

In ſtu-

In ſtudijs, atq́; laboribus veſtris gaudent, & exultant Angeli, atque Archangeli, ſicut contra in torpore, ac negligentia veſtra, gaudet inimicus. Donec ſumus (ſubdit Aug. ſerm. 181. de Tempore) *in hac vita quantacunq́; nobis acciderint peccata poſſibile eſt omnia ablui per pœnitẽtiam.* Itaq́; ſi commiſſos errores abluere volumus, hilari fronte pœnitentiam ſuſcipiamus omnes, haſq́; Regias Dauidicas virtutes animo infixas teneamus. Conuenit eius opera, & optimè contritam vitam imitari,

tari, vt inſtar eius æternam gloriam, noſtris laboribus, & actionibus conſequamur.

A M E N.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Soli DEO honor, &
gloria in ſæculorum
ſæcula.

Digitized by Google

Digitized by Google

8-1

30

Digitized by Google